



871 H8U-2 E2
Statius' Comment. on HORACE. 1553







O.8. 871
H811.2 E2





Harvard College Library

FROM THE FUND OF

CHARLES MINOT
(Class of 1828).

Received 31 Oct., 1895.

0 319

144/6

A

J. E. Parker.
7th Apr. 1848.

PEABODY INSTITUTE
LIBRARY



BALTIMORE

[Estaço]

Achillis Statij Lusitani In Q. Horatij Flacci poëticam Commentarij.

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

AD IΩANNEM QVAR-TVM LVSITANIAE PRINCIPEM AV-GVSTISSIMVM.



ANTVERPIÆ,
Apud Martinum Nutium.
Cum gratia & priuilegio.
1553.

HARVARD COLLEGE
OCT 31 1895
LIBRARY.

HARVARD COLLEGE
DUPLICATE
LIBRARY

102,434

IΩANNI QVARTO LVSI-
TANIÆ PRINCIPI AVGVSTISS.
IΩANNIS TERTII INVICTISS.
LVSITANIÆ REGIS
FILIO HÆREDI,
Achilles Statius
S. P. D.



Vbitanti mihi, vel verenti potius IΩANNES PRINCEPS AVGVSTISSIME, *quonam potißimum officij genere tum patriæ, tum tibi, qui illam olim imperio tenebis ac reges, studium voluntatemque erga vtrumque meam declararem; & maturum iam esse viderem, quum mihi testificandum hoc foret, quòd tu felicißimis ætatis tuæ progreßionibus ad pubertatis annos iam peruenisses, per quos tibi, vt cætera taceam momenta atque optimæ naturæ tuæ bona, liceret de tuorum ingeniis iudicare, & eorum scriptis affici delectarique iam posses: quod potui, quodque habui nunc certè vel maximum, id edendum quamprimum, & clarißimo nomini tuo dedicandum esse censui. Quid enim agerem? Expectarem ne, dum argumentum scribendi aliud maius teque dignius essem nactus? At nimis hoc longum mihi ac serum esse videbatur ardenti, idque vnum dies noctesque cogi-*

tanti, quibus te modis adirem, quáque re maximè me de tuis vnum tibi addictißimum beneuolentißimumque cognosceres. Ergo de lucubrationum mearum aceruo hos in Q. Horatij Flacci poëticam commentarios legi, tibíque, si non aspernabere, mittendos esse iudicaui. Neque verò dubito, qum te nomen ipsum certè Horatij poëtæ suis illis temporibus sanè percelebris, ipsíque Cæsari ac principibus viris omnibus longè carißimi teneat. quod quum accidet, tum nostra etiam simul hæc ipsa leges, quæ & à tuo, & tibi propriè scripta fuere. Quibus in scriptis atque ipso illo Horatij libro permulta insunt, quæ ad amplificandam, & pro dignitate tractandam IΩANNIS TERTII *Regis Inuictißimi ac Potentißimi Patris tui gloriam claritatemque nominis pertinent, & ad tui quoque splendorem atque amplitudinem mox profectò pertinebunt. Fiet enim aliquando tandem à nostris hominibus ipsa rerum ab illo gestarum copia & magnitudine cõmotis incitatisq; ad scribendi quasi quoddam certamen concursus vndique: quum tot res domi præclarè ab illo institutas, tot Asiæ populos, tot Africæ tam, Deus bone, immanes atq; efferatas gentes, tum armis domitas, tum quæ insigni illius pietate & æquißimis adductæ legibus atque imperiis sponte sese dedidére, quum tot tamque vastas easque opulentißimas toto ferè oceano sparsas insulas illius primùm inuentas auspiciis debellatasque, tot regna alibi, tot in vltimis terris captas & expugnatas vrbes, literis omnes pro se quisque mandabunt. Quæ quum illi aggredientur scribere, præclarè tum demum rerum maximè*

me-

memorabilium historiam pertexent atque conscribent, si (vtcunque id fecerint illi, versibus, an liberiore illo altero orationis genere) si plurimis, inquam, Doctissimi hominis consiliis & præceptis vtentur, & ad illius leges & quasi normam quandam scripta sua dirigent ac temperabunt. Quo tandem perfecto & peracto opere, huc se quoque exercitati illi habilioresque tum vertent, & ad eas res quas tu iam terra marique longè præclarissimas gesseris, scribendas conferent. Interea tamen delectare te labor hic potest meus, quòd ad artem omnium, mea quidem sententia, longè pulcerrimam spectat, quamque tu, sat scio, cum cæteris liberali homine dignis artibus summè colis & amplecteris; & auito paternoque exemplo alere fouereque non desines. Me verò ipsum si patriæ, si tui amantissimum, si cuius opera tu in re vel publica, vel priuata rectè vtare, dignum putabis, non fallam opinionem tuam.

Vale.

PROOEMIVM.



E arte Poëtica librum plerique, nonnulli verò potius Epistolam hanc ad Pisones scriptam contendunt esse, ac illam alteram damnant prorsus inscriptionem; quod vtrumque tamen & ratio & auctoritas tuetur. De arte namque poëtica librum inscribi posse, & Quintilianus Rhetor, & Diomedes, & Priscianus grammatici, locupletes auctores sunt. quam ipsam inscriptionē tres illi manuscripti libri præ se ferebant, & res ipsa quoque De arte poëtica inscriptionem postulat. Ordo enim ipse & ratio, quam in tradendis poëticæ præceptis Flaccus tenet ac seruat, cur artis nomine digna non sit? At illa altera non omnino non probabilis opinio sua quædam habet firmamenta. Carisius enim Grammaticus celebris ac perantiquus, quū quid hoc è libro citat, Horatium Epistolarum appellat: quod ille semel atque iterum fecit in secundo. hanc probabilitatem auget antiquissimus liber exaratus manu, in quo in Epistolarum volumine separato à cæteris, hæc tanquam Epistola primo quidem loco ponitur. ac illa frequens ad Pisones adlocutio (eos enim appellat sæpius) ab Epistolarum genere, etsi est illa quidem in alterius generis scriptis non insolens, non solùm non abhorret, sed illa in appellādo familiaritate epistolam vt credamus esse, penè etiam cogit. Fac igitur Epistolam esse, num aut Epistolam, aut librum de arte poëtica propterea non appellabo? orationes suas libros nonnunquā Cicero nominat, longissimas Epistolas de grauissimis rebus scriptas non etiam libros appellem? Sunt Epistolæ quædam generis, vt quidem vocant, διδασκαλικῆ, has & longissimas & breuissimas olim scripsere doctissimi homines, hodieque etiam scribunt. quo in genere fuere Terentij Varronis ad res per epistolam quæsitas responsa, quæ Carisius nonnunquam citat, nos desideramus. Nuper autem Petrus Bembus, vir ornatissimus, & eloquentissimus, dum ad Francisci Pici Mirandulæ ab se dissidentis literas respon-

det.

det, de imitatione librum confecit. Quare vel epistolam hanc, vel etiam librum De arte poëtica licet appelles. quod vtrumque cùm iis de causis, quas exposui, pro eodem haberent eruditißimi homines, operis inscriptionem variare non dubitarunt.

Qui fuerint autem Pisones hi, quibus hæc Horatius scipserit, non planè constat. Gens enim ipsa & Pisonum domus ac familia etsi quidem nota est illa, qui tamen hi sint propriè ex eadem gente, non liquet. Eundem alij aiunt esse Pisonem hunc, quem etiam P. Ouidius Naso laudauit illo (de cuius auctore tamẽ ambigitur) poëmate. In scripto libro in ipsius extrema ora membranæ paulò quidem recentiore manu, & verbis etiam penè barbaris sic erat annotatum, Ad declarationem sequentis operis est sciendum, quòd in vrbe Romana antiquitus fuerunt plures dignitates, inter quas maxima habebatur æditua, & dicebatur æditua ab æde Concordiæ. ibi enim opifices illius dignitatis sedebant, & carmina iudicabant. Cuius opifices erant Piso pater, & Pisones filij eloquentißimi, & non satis elucidè sapientes carmina diiudicabant, aliquantulumq́ artis expertes carmina recitatione digna condemnabant, & è contrario carmina condemnatione digna recitabant. quod videntes poëtæ, de iis conquesti sunt, & eorum depositionem obtinuerunt. Illi verò de depositione condolentes, venerunt ad Horatium quasi ad patronum, & orauerunt eum, vt aliquod breue & vtile opus componeret, in constructione cuius libros recitatione dignos scirent cognoscere, vt alios prauos scilicet comburerent. Horatius verò tantorum virorum petitioni satis volens facere, incepit hoc opus. Materia eius est, Piso pater & Pisones filij, Intentio sua est instruere illos ad carmina bene cognoscenda. Finis siue vtilitas est, vt perlecto libro sciamus cognoscere, qui libri sint recipiendi, & qui non. Quæ etsi videntur inepta, vti monui, pleraque, de æditui s tamen quod hic scribit, non est id quidem omnino nihil. Æditu os enim siue poëtas ipsos, siue poëtarum censores dici non-

nun

nunquam indicant illi Horatij versus in secundo Epistolarum libro Epist. ad Augustum,

» *Sed tamen est operæpretium cognoscere, quales*
» *Æditus habeat belli spectata domique*
» *Virtus, indigno non committenda Poëtæ.*

Vbi Porphyrio, his, quæ ineptus hic scriptor, non sanè multum dissimilia de æditius scripsit.

Poëtica aliud ac metrica, ac hypocritica. Cuius illud imprimis officium ac munus est, condendi & fabricandi quodammodo poëmatis artificium docere: & quot in eo peccetur modis, indicare. id quale sit, quum ex hoc ipso libro, tum verò plenissimè ex altero quodam Aristotelis de arte poëtica cognosci potest. Probus Grammaticus in Catholicis, artem poëticam rem atq; opus ipsum dum texitur, appellat. Eius enim hæc sunt de metaplasmis verba, Quamuis suprà diximus poëtis esse licentiam metaplasmorum rationibus naturas siue literas inuertere syllabarum, tamen superfluum esse non iudico de ipsis metaplasmis (qui necessarij huic arti valde sunt) disputare: sine quibus exitus faciles, quum in artem venerint poëticam, inueniri non possunt. Metrica pars quædam Grammaticæ est, de literis, de syllabis, de temporibus, ac de Carminum generibus tota. Hypocritica cùm ad omnem poësin, tum verò maximè ad Comœdiarum & Tragœdiarum pertinet actiones. vultus enim illîc omnes, omnis etiam gestus ac vocis ratio, omnis pronuntiandi varietas spectatur. quam hypocriticam videlicet in partes tris mihi videor posse diuidere, in eam, quæ eius grammaticæ partis, quæ ἀναγνωστικὸν dicitur, pars est: in scenicam siue dramaticam, ac postremò rhetoricam siue oratoriam. Ad ipsam poëticam applicantur hæ posteriores duæ, eique inseruiunt ac subiiciuntur tanquam ὑπάλληλαι. quare sunt hæ diligenter inter sese discernendæ, vt quid hîc ab Horatio susceptum sit, intelligamus.

De Poëtica non vnus de Græcis Aristoteles scripsit: eadem enim de re quoque conscripsit Aristoteles quidam Rhodius, cuius in vocis ἐπικήδειος interpretatione meminit Ammonius. Latinè autem præter Horatium etiam Terentius Scaurus, si non hi fuerunt Scauri in Horatij Poëticam Commentarij potius. Nam Varronis hoc de genere quæ sunt, aut fuere potius, non de arte poëtica, sed aliter inscripta fuisse commemorantur. τὰ μετρικά, & Aristoteles, & Ephestion de Græcis, Latinè verò & Terentianus, & hoc multò prior Ennius quidam, non ille poëta, sed grammaticis alter, cuius in libro de claris Grammaticis Tranquillus principio libri ipsius mentionem facit.

Quoniam verò de ordine, quo sit vsus Horatius hoc in libro, plerique dubitant, nec res aptè ipsas inter se queunt connectere, conabor equidem breuiter, qui demum is sit, quoque filo sint quasi texta ac deducta omnia demonstrare. Est is verò non sanè ab eo quem sequutus est Aristoteles artem quoque tradens poëticam, multum alienus atque diuersus. Apud illum enim Poëseos siue Tragœdiæ partes (nam si postremas parteis duas excipias, per quatuor reliquas licere arbitror vtrumq; confundere: & nos quidem etiam confundemus) apud illum, inquam, partes aliæ sunt tanquam species & genera, quæ ferè sex numerantur ab Aristotele, μῦθος, ἦθος, λέξις, διάνοια, μελοποιΐα, ὄψις*; quas ille omnes in pauciora conferens, sub illa colligit,* ἃ, ὡς, οἷς. *Imitatur enim Poëta, id est, effingit atque exprimit aliquid comminiscens, quod effingit & propositum habet, id vnum ex illis est, fabula. Imitatio verò his ferè modis conficitur, moribus, ingenio, atque indole exprimenda, verbis quàm aptissimis ad rem legendis, conformandis animo sententiis. Quibus autem rebus ac instrumentis agi ac representari solet fabula, eæ verò reliquæ res duæ sunt, melopoeïa ac scena ipsa, siue apparatus ille omnis & ornatus rerum. Aliæ verò partes magnitudinis siue quantitatis, quæ ab illo*

κατὰ ποσὸν dicuntur, quòd iis totius poëmatis longitudo absoluitur & continetur, illæ nimirum quatuor, πρόλογος, ἐπεισόδιον, ἔξοδος, χορικὸν, quas etiam superiores illæ complectuntur. Deinde verò ad extremum, quo modo iam dictis & explicatis rebus omnibus vtendum sit, quæ vitia incidere, quæ reprehensiones possunt existere: quæ quum parum iustæ erunt, quomodonam tandem sint diluendæ ostendit, & qua maculæ leues illæ deleantur, spongiam quasi quandam præbet. Horatius quoque has & illas partes quadamtenus persecutus, non tam quidem distinctè, tamq; signatè, quàm Aristoteles ipse, sed poëtico quodam more artem occultans ac tegens ipsam, est persecutus: hasq; atque illas, quum commodum visum est, etiam commiscuit atque confudit. In extremo verò libro, & quæ demum sit optima scribendi ratio, docet: & suorum temporum vitia reprehendit, quæ quò minus boni poëtæ reperirentur, effecissent. Sed hæc nos in ipso opere singula persequentes, monstrare conabimur. Id verò monendum imprimis duco, Flacco multò maximæ curæ fuisse, quæ pertinerent ad μῦθον, ἤθη, λέξιν, ea tradere. quæ verba Græca Varro apud Nonium Marcellum mihi Latinè videtur interpretari, quum ait: " In argumentis Cecilius poscit palmam, In ethesin Terentius, In sermonibus Plautus. Idem tamen Varro, vt videre est apud Sosipatrum Carisium, & ἤθη quoque & πάθη in extremo .5. lib. de sermone Latino Græcè nominauit, & interpretatus hoc alterum, tum passionem animi, tum affectum dixit.

Q. Horatij Flacci de arte poëtica liber ad Pisones,

Cum Achillis Statii Commentariis.



VMANO capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè;
Spectatum admißi risum teneatis amici?
Credite Pisones, isti tabulæ fore librum
Persimilem, cuius, velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ. —

Humano capiti) Hæc ad partem Poëseως primam pertinent, argumentum ipsum videlicet & fabulam illam vnã, quam hisce verbis definit Ari-
„ stotel. in Poëtica: Μῦθός ἐστιν εἷς οὐχ ὥσπερ τινὲς οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ· πολλὰ
„ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γένει συμβαίνει, ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν. οὕτω δὲ καὶ πράξεις
„ ἑνὸς πολλαί εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. ἀλλ' ἃ περὶ μίαν πρᾶξιν
„ οἵαν λέγομεν τὴν ὀδυσσείαν συνέστησεν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἰλιάδα. Sed idem bre-
„ uius, magisq; ex generis natura sic antè definiit, λέγω γὰρ μῦθον τοῦτον τὴν
„ σύνθεσιν τῶν πραγμάτων. Quid autem huiusce monstri descriptione, ac specie tam varia, tamq; multiplici Flaccus præcipiat, multis verbis interpretes alij docuere; à quibus nec ille quidem Locus est prætermissus in Aristotelis Poëtica, in quo vir ille summus in omni genere discendi docendiq; magister, vnam totam similemq; sui vult esse fabulam, Poëticæ, vt quidem ipsi & Albino videtur, materiam. Ego verò his verbis etiam Horatium cauere puto, atq; edicere, sint vt verisimilia quæ Poëta cantarit. quæ vis est & sententia verborum Aristotelis in Poëtica illorũ,
„ προαιρεῖσθαί τε ἀδυνατὰ καὶ εἰκότα μᾶλλον, ἢ δυνατὰ καὶ ἀπίθανα, τούς τε λό-
„ γους μὴ συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων, ἀλλὰ μάλιστα μηδὲν ἔχειν ἄλογον. Nam qui versus hos Horatianos coniungunt cum loco illo altero, in quo idem Aristoteles instar iusti perfectiq;, non vasti nec immodicè excrescentis animantis, fabulã vult esse non nimis magnã, neq; verò etiam breuem, nimisq; contractam, q̃ id faciant aptè, quamq; ad rem etiam appositè, ipsi profectò viderint. Ego verò si quid erit apud alios veteres tum Græcos, tum Latinos scriptores, vnde sperem lumen aliquod & verbis & sentẽtijs Horatianis afferri posse, non sum sanè, quoad potero, præ-

termiſſurus. Itaq; M.Fabius Quintilianus in.viij.de ornatu diſputans orationis, eadem vſus ſimilitudine horum etiam partem verſuum operi inſeruit ſuo.
,, Sunt, inquit, inornata & hæc: quod malè diſpoſitum
,, eſt, id ἀνοικονόμητον: quod malè figuratum, id ἀσχήματον: quod malè col-
,, locatum, id κακοσύνθετον vocant. Sed de diſpoſitione diximus. de fi-
,, guris & compoſitione dicemus. κοίνισμος quoque appellatur quædam
,, miſta ex varia ratione linguarum oratio, vt ſi Atticus Dorica, Ionica,
,, Æolica dicta confundat. Cui ſimile vitiũ eſt apud nos, ſi quis ſublimia
,, humilibus, vetera nouis, Poëtica vulgaribus miſceat. Id enim tale eſt
,, monſtrum, quale Horatius in prima parte libri de Arte Poëtica fingit,

,, *Humano capiti ceruicem pictor equinam*
,, *Iungere ſi velit.* — & cætera ex diuerſis naturis ſubiiciat.

Huius quoq; loci vmbram aliquam retinent verſus apud Prudentium in ſecundo contra Symmachum, illi,

,, *At vos pictorum docuit manus aßimilatis*
,, *Iure Poëtarum numen componere monſtris.*
,, *Aut lepida ex veſtro ſumpſit pictura ſacello,*
,, *Quod variis imitata notis, ceraq; liquenti*
,, *Duceret in faciem, ſociique Poëmatis arte*
,, *Aucta coloratis auderet ludere fucis.*
,, *Sic vnum ſectantur iter, & inania rerum*
,, *Somnia concipiunt, & Homerus, & acer Apelles,*
,, *Et Numa, cognatumq; volunt pigmenta Camœnæ,*
,, *Trinaque conflauit fallendi idola poteſtas.*
,, *Hæc ſi non ita ſunt, edatur cur ſacra nobis*
,, *Ex tabulis ceriſque Poëtica fabula conſtet.*

Et paulò pòſt,

,, *Deſine, ſi pudor eſt, gentilis ineptia tandem*
,, *Res incorporeas ſimulatis fingere membris.*
,, *Deſine terga hominis plumis obducere fruſtra.*
,, *Fertur auis mulier, magnusq; eadem dea vultur.*

Huius Horatiani monſtri ſimile illud alterum Homericum, πρόσθε λέων,
,, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. *Iungere ſi velit)* Verbũ ipſum Iungendi ſic in rebus diſſimillimis vſurpari ſolet. Iungis, inquit idem alibi, pugnantia ſecum Frontibus aduerſis. Et Martial.in.7.de Polyphemò,

,, — *Quòd ſi fera monſtra duorum*
,, *Iunxeris, alterius fiet vterque timor.*

M.Tullius in.1.de Nat.Deorum,eodem vſus eſt verbo in re ſimillima:
,, Quòd ſi, inquit, fingere nobis & iungere formas velimus, qualis ille
,, maritimus Triton pingitur,natantibus inuehens beluis, adiunctis hu-
,, mano corpori,nolis eſſe. *Et varias inducere plu.*) M.Tull.vt Pruden-
tius quoq; obducédi verbo eſt vſus in hoc genere,& pluma obductas
animantes dixit.ſic enim eſt apud illum in.2.de Nat.Deor.Quarũ aliæ
coriis tectæ ſunt:aliæ villis veſtitæ: alię ſpinis hirſutæ:pluma alias,alias
ſquama videmus obductas. *Turpiter*) ἀλόγως. *Atrum Deſinat in piſcem*)
Virgil.in.10.Æneid. nauis ſpeciem ac figurã ſimilibus verbis expreſſit,

,, *— Cui laterum tenus hiſpida nanti*
,, *Frons hominem præfert: in priſtin deſinit aluus.*

Cuius velut ægri ſomnia vanæ Fingentur ſpecies) Vetuſtus vnus ex iis,
quos adhibebam,liber,Ægris habuit,non ægri, ægris ipſis.à quo qui-
dem ipſo non ſanè multùm abhorret hoc alterũ Virgilij lib.Æneid.4.

,, *— An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?*

Lactant.Firmianus in lib.de ira Dei de Leucippo eadẽ penè loquitur.
,, Qui profectò,inquit,ſolus omnium cæcus & excors fuit,qui ea loque-
,, retur quæ nec æger quiſquam delirare,nec dormiens poſſit ſomniare.
Ariſtoteles in lib.Περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς,ſomnia quædam cõmemo-
rat,quæ ὑπέρβατα ipſe appellat,ex hoc fortè genere,quæ ferè interpre-
tantur omnes,quorũ in ipſis haud eſt principiũ. Perſius ad Horatianũ
,, hoc credo alludẽs Saty.1.dixit, *Ægroti veteris meditãtes ſomnia.—*
Species verò ſunt eæ,quę ab Ariſtotele vel φαντάσματα,vel ὄψεις,vel εἴ-
δωλα,vel ἐμφάσεις dicuntur,libro περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς.Quo in libro
etiã Philegidæ cuiuſdam Poëmata atra bile redundantinm ſomniis cõ-
parat,nõ quia nec pes,nec caput,ſed quòd cohærerẽt inter ſe maximè,
eſſentq; ſui ſimillima,aliaq; ex aliis ita penderẽt,vt pręciperẽtur animo
etiam non dicta. Ouid.in 9.Metamorph.ſpeciem quoque ſomniantis
notat,quam videt aliquis per quietem.Eſt enim ſic apud illum,

,, *Somnus abit, ſilet illa diu,repetitque quietis*
,, *Ipſa ſuæ ſpeciem. —*

Nec caput) Sit,inquit,ſui ſimilis res tota,ſibiq; per omnia cõſentanea.
M.Tull.in.7.Epiſt.illa ad Curionem, cuius eſt initiũ,Facilè perſpexi ex
tuis literis.rem difficillimam atq; impeditam ſignificare volens,iiſdem
,, ferè verbis eſt vſus: Sulpitij tibi operã intelligo ex tuis literis non mul-
,, tum opus fuiſſe,propter tuas res ita contractas,vt quemadmodũ ſcri-
,, bis,nec caput,nec pedes. Equidem vellem vti pedes haberent, vt ali-
,, quando redires. Item Plautus in Aſinaria,

,, *CE. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.*
,, *LI. Ego pes fui. AR. Quin nec caput,nec pes ſermonis apparet:*
,, *Nec quid dicatis,nec cur me laudatis,ſcire poſſum.*

Picto-

— Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusque, damusque vicissim.
Sed non vt placidis coëant immitia: non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

Et obiicit simul, & respondet Horatius. Non eò, inquit, hæc à me dicuntur, quominus liceat aliquid fingere; illis verò licebit hoc facere, atque adeò si Poëtas se & pictores dici haberique volunt. Sunt enim illi quatenus fingunt, non autem quòd versus faciunt, Poëtæ. Id ita esse grauissimus auctor Aristoteles in eo libro quem de Poëtica reliquit, dilucidè docuit. Esse verò simillimos inter se Poëtas & Oratores, & habere multa communia alio quopiam loco sumus ostensuri. Poëtis igitur libertatem nõ adimit (est enim, vt ait Lucianus, τὸ ποιητικὸν φῦλος ἐλεύθερον) sed insolentem quandam & absurdam licentiam. *Pictoribus atque Poëtis*) Fingendi rationem ostendit Horatius, modumque, quatenus è poëticæ præceptis fingendum sit, statuit. Itaque Poëtæ nõ minus, neque plus etiam quàm pictori licet. Pictura verò, vt scribit M. Vitruuius in. 8. imago fit eius quod est, seu potest esse: vt hominis, edificii, nauis, reliquarúmque rerum, è quarum formis certisque corporũ finibus figurata similitudine sumuntur exempla. Si fit igitur imago in pictura vel eius quod est, vel quod esse potest: certè quoque in poësi, si non ea quæ sunt, at ea quæ potuerunt esse, versibus exprimentur. *Et hanc veniam petimusque damusque vicissim*) Alii aliis multarum rerum fictiones Poëtæ permittunt, probabiles tamẽ: nam nec si erunt admirabiles, futuræ propterea sunt ab hominum opinione alienæ atque abhorrẽtes. Etenim in Tragœdiis est ipsum quidem quod Aristoteles vocat θαυμαστόν, nequaquam tamen inopinabile, nec hominum naturæ nõ consentaneum, quantumuis rarum atque insolens. *Et hanc veniam damusque petimusque vicissim*) Hoc ipsum, inquit, nobis inter nos annuimus pariter atque cõcedimus. Imò verò si, quemadmodum suprà posui, Poetæ volumus haberi, ita fieri necesse est. Hæc enim Horatii verba verecundiam præ se ferunt quandam & pudorem in audendo. Veniam dare & si quidem sæpe ab aliis dicitur, Liuius tamẽ omnium ad hunc locum appositissimè accõmodatissimeque dixit in proœmio, Quæ ante conditã condendámve vrbem, poeticis magis decora fabulis, quàm incorruptis rerum gestarũ monumẽtis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Datur hæc venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis, primordia vrbium augustiora faciat. *Sed non vt placidis coëant immitia*) Monstrum nascatur necesse est, quale superius ex homine equoque confusum, si species omnino diuersas inuita & repugnante Natura cõiungimus. Coire enim & geminari huius loci verba pertinent, vt ego quidem existimo, ad coitionem animantium ac procreationem. Porphyrius in Isagoge in re simillima verbis vtitur simili-

miilimis, περὶ συνεῖναι & περὶ συντίθεσθαι. Eius verba hunc ad explicandum
„ locum etiam accommodata ſunt, ὅτι διαφορὰ μὲν συντίθεται μετ' ἄλλης δια-
„ φορᾶς. λογικὸν γὰρ καὶ θνητὸν συντίθεται εἰς ὑπόστασιν ἀνθρώπου, εἶδος δὲ εἴδει,
„ οὐ συντίθεται, ὥστε ἀπογεννῆσαι ἀλλότι εἶδος. τὶς μὲν γὰρ ἵππος τινὶ ὄνῳ σύνεισιν εἰς
„ ἡμιόνου γέννησιν; ἵππος δὲ ἁπλῶς ὄνῳ συντεθεὶς, οὐκ ἂν ἀποτελέσειεν ἡμίονον.
Debent igitur in poëſi non minus ὁμοειδῆ eſſe omnia, quàm in rerũ illa ad procreandum ſimile commiſtione, vt coëat par, iungaturq; pari.

Tigribus agni) Eò probabilius eſt, quod de coitione & admiſſura animantium diſſimilium intelligenda hæc eſſe dixi, quòd idem in Epodo τὸ ἀδύνατον ſignificare volens eoſdem penè animantium congreſſus adhibet. ſic enim loquitur Ode decima ſexta,

„ *Nouaq; monſtra iunxerit libidine*
„ *Mirus amor: iuuet vt tigreis ſubſidere ceruis:*
„ *Adulteretur & columba miluio.*

Sed liceat etiam cui libebit, partes illas diuerſas totaq; natura diſſidentes monſtroſo vno in corpore coëuntes intelligere.

Inceptis grauibus plerumque, & magna profeßis,
Purpureus, latè qui ſplendeat, vnus & alter
Aſſuitur pannus: cùm lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus hortos,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare. quid hoc? ſi fractis enatat exſpes
Nauibus, ære dato, qui pingitur? amphora cœpit
Inſtitui currente rota, cur vrceus exit?
Denique ſit quod vis ſimplex duntaxat, & vnum.

Non poteſt omnino varium nõ eſſe longum opus, quod inſtituimus: ſed videndum etiã atq; etiam, vt illa rerũ varietas, ab eius rei quæ princeps eſt, & ad quam cętera referuntur, magnitudine totaq; ratione nequaquam diſſentiat. id enim demum eſt vnam eſſe fabulam ſuiq; perpetuò ſimilem, cùm quæ interponuntur epiſodia, & ſecum ipſa aptè, & cũ principe cohærẽt actione, nec incõmodè res tota trahitur, vt illæ quaſi ſcopæ temere diſſoluantur. Neq; verò quicquam ab Ariſtotelica differt hæc præcipiendi ratio. Queadmodum enim tria proponit Ariſtoteles, eaq; continentia & ſpectanda ſimul Poëtæ magnitudinem ſiue longitudinem, ordinem, & ipſam deniq; ſiue vnionem, ſiue, vt ita dicam, vnitatẽ fabulæ, ſic eadem illa ſunt ab Horatio his comprehenſa verſib. Etenim magnitudinẽ aſſuendis atq; inſerendis epiſodiis præſtari, ordinẽ quoq;

vult

vult adhiberi, addens illa, Sed nunc non erat his locus. Ipsius aūt vnionem fabulę postremus omnium versus à Poëta postulat. Aristo. in Poëtica verba sunt, ἔτι δ' ἐπεὶ τὸ καλὸν, καὶ ζῶον, καὶ ἅπαν πρᾶγμα, ὃ συνέστηκεν ἔκ τινῶν, οὐ μόνον ταῦτα τεταγμένα δεῖ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ μέγεθος ὑπάρχειν μὴ τὸ τυχόν. τὸ γὰρ καλὸν, ἐν μεγέθει καὶ τάξει ἐστί. διὸ οὔτε πάμμικρον ἄντι γένοιτο καλὸν ζῶον. συγχεῖται γὰρ ἡ θεωρία ἐγγὺς, τοῦ ἀναισθήτου χρόνου γινομένη. οὔτε παμμέγεθες. οὐ γὰρ ἅμα θεωρία γίνεται, ἀλλ' οἴχεται τοῖς θεωροῦσι τὸ ἓν, καὶ τὸ ὅλον ἐκ τῆς θεωρίας. οἷον εἰ μυρίων σταδίων εἴη ζῶον. ὥστε δεῖ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἔχειν μὲν μέγεθος, τοῦτο δὲ εὐσύνοπτον εἶναι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μύθων ἔχειν μὲν μῆκος, τοῦτο δ' εὐμνημόνευτον εἶναι τοῦ μήκους. ὁ δὲ μήκους ὅρος πρὸς μὲν τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν αἴσθησιν οὐ τῆς τέχνης ἐστίν. εἰ γὰρ ἔδει ἑκατὸν τραγῳδίας ἀγωνίζεσθαι, πρὸς κλεψύδραν ἂν ἠγωνίζοντο. ὥσπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτέ φασιν. ὁ δ' καθ' αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος ὅρος, ἀεὶ μὲν ὁ μείζων, μέχρι τοῦ σύνδηλος εἶναι, καλλίων ἐστὶ κατὰ τὸ μέγεθος. ὡς δὲ ἁπλῶς διορίσαντες εἰπεῖν, ἐν ὅσῳ μεγέθει κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἐφεξῆς γινομένων συμβαίνει εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυστυχίας, ἢ ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν μεταβάλλειν, ἱκανὸς ὅρος ἐστὶ τοῦ μεγέθους. μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, οὐχ ὥσπερ τινὲς οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ, πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γένει συμβαίνει ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν, οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἑνός εἰσιν. ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. & quæ sequuntur. In his itaq; verbis tria ponuntur illa quæ dicebam, τὰ τεταγμένα, τὸ μέγεθος, ὁ μῦθος εἷς. Quoniam verò magnitudo sine episodiis, iisq; rebus quę sint ad ornandum & amplificandum poëma comparatæ, esse nō potest, non sint illæ dissimiles eius quod est in opere pręcipuum. nam si quis naufrago in tabula nō cupressum, sed vel piscem, vel æstū maris, vel quiduis aliud eius generis appinxisset, laudabilis fuisset eius ars & pictura cęterarū rerum sibi consentanea. Demetrius Phalereus agens περὶ τῆς συγκρούσεως, quiddā scribit huic loco simillimū. Sunt enim illius hæc, ἔστι δ' ἐν πράγμασι τὸ μεγαλοπρεπὲς, ἂν μεγάλη καὶ διαπρεπὴς πεζομαχία ἢ ναυμαχία, ἢ περὶ οὐρανοῦ, ἢ περὶ γῆς ὁ λόγος. ὁ γὰρ τῶν μεγάλων ἀκούων πράγματος εὐθὺς καὶ λέγοντα οἴεται μεγάλως λέγειν πλανώμενος. δεῖ γὰρ οὐ τὰ λεγόμενα σκοπεῖν, ἀλλὰ πῶς λέγεται. ἔστι γὰρ καὶ μεγάλα μικρῶς λέγοντα ἀπρεπὲς ποιεῖν τῷ πράγματι. διὸ καὶ δεινούς τινας φασὶν ὥσπερ καὶ θεόπομπον δεινὰ, οὐδὲ δεινῶς λέγοντα. νικίας δ' ὁ ζωγράφος καὶ τοῦτο εὐθὺς ἔλεγε εἶναι τῆς ζωγραφικῆς τέχνης οὐ μικρὸν μέρος τὸ λαβόντα ὕλην εὐμεγέθη γράφειν, καὶ μὴ κατακερματίζων τὴν τέχνην εἰς μικρὰ. οἷον ὀρνίθια ἢ ἄνθη. ἀλλ' ἱππομαχίας καὶ ναυμαχίας. ἔνθα πολλὰ μὲν σχήματα δείξειεν ἄν τις ἵππων, τῶν μὲν θεόντων, τῶν δὲ ἀνθισταμένων ὀρθῶν, ἄλλων δὲ ὀκλαζόντων. πολλοὺς δὲ ἀκοντίζοντας. πολλοὺς δὲ καταπίπτοντας τῶν ἱππέων. ᾤετο γὰρ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν μέρος εἶναι τῆς ζωγραφικῆς τέχνης, ὥσπερ τοὺς μύθους τῶν ποιητῶν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ τοῖς λόγοις, καὶ ἐκ πραγμάτων μεγαλοπρέπεια γίνεται. Confictorū igitur varietas episodiorū non omnis est vitanda, sed habenda imprimis est ꝓpositi ratio, quò sint illa referenda atq; aptanda omnia. *Purpureus latè*) In explicanda Horatij Poëtica facturus id sum, quod ferè semper meo more & proprio quodam instituto feci, vt qui versus appellabuntur ab antiquis vel grammaticis, vel interpretibus è libro hoc poëticę, cum illorū etiam verbis, atque vt illos vel calamo scriptos, vel impressos legerō, ponam simu

simul ac tester. Maurus Seruius Honoratus in.x.Æneid: illud explanans Virgilij, Fortè ratis &c. duos hosce primos versus citat his verbis, quæ in
,, peruetusta membrana sic legebam, Descriptio per parecbasin facta, non
,, enim à superiorib. pendet, sed antedictis adiungitur, vt, Insula Sicanium
,, iuxta latus. Has autem descriptiones esse raras & aptas conuenit: sicut
,, etiam Horatius docet in arte poëtica dicens:

,, *Purpureus latè qui splendeat vnus & alter*
,, *Adsuitur pannus.* —

Cùm lucus, & ara Dianæ.) Hæc est illa locorum dilucida & significans descriptio, de qua Quintil. in. ix. Menander non ille poëta, sed rhetor de hymnorum ratione præcipiens, verbo vtitur ad hunc locum accommo-
,, datissimo, προσαναγράφειν: & his ferè similia scribit: μέτρον μέν τοι τῶν κλητι-
,, κῶν ὕμνων, ἐν μὲν ποιήσει ἐπιμηκέστερον, ἅμα μὲν γὰρ πολλῶν τόπων ἐκείνοις ἔξεστιν,
,, ὡς παρὰ τῇ σαπφοῖ καὶ τῷ ἀλκμάνι πολλαχοῦ εὑρίσκομεν. τὴν μὲν γὰρ ἄρτεμιν, ἐκ
,, μυρίων ὀρέων, μυρίων δὲ πόλεων, ἔτι δὲ ποταμῶν ἀνακαλεῖ. τὴν δ' ἀφροδίτην κυ-
,, πρου συρίας πολλαχόθεν ἀνακαλεῖ. οὐ μόνον γε ἀλλὰ καὶ τόπους αὐτῶν ἔξεστι διαγρά-
,, φειν. οἷον ἢ ἀπὸ ποταμῶν καλεῖ ὕδωρ καὶ ὄχθας. καὶ τοὺς ὑποπεφυκότας λειμῶνας
,, καὶ χόρους ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς γενομένους, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαναιγράφουσι. καὶ εἰ ἀπὸ
,, ἱερῶν ὡσαύτως. ὥστε ἀνάγκη μακροὺς αὐτῶν γίγνεσθαι τοὺς κλητικοὺς ὕμνους. τοῖς δὲ συγ-
,, γραφεῦσιν βραχυτέραν τὴν περὶ ταῦτα διατριβὴν ἀναγκαῖον, οὔτε γὰρ ἐκ τῶν πολ-
,, λῶν τόπων καὶ χωρίων ἀνακαλέουσιν. οὕτως ἐφ' ἑκάστου μετὰ διαγραφῆς, &c.

Et properantis aquæ,) Verbum propero illum cursum, celeritatem, strepitum, atque aquarum murmur declarat. Aliis locis idem verbo trepidare eodem modo vtitur, in. 2. Carminum ad Q. Delium,

,, *Quo pinus ingens, albaque populus*
,, *Vmbram hospitalem consociare amant.*
,, *Ramis, quo obliquo laborat*
,, *Lympha fugax trepidare riuo.*

Dicitur autem properare in rebus minutis & de molli quadam fuga. Horatius in libro Epodon.

,, — *Vt iuuat pastas oues*
,, *Videre properantes domum.*

Aut flumen Rhenum.) Sic flumen Rhenum dixit, quemadmodum in .4. Carminum in Drusi laudibus, Metaurum flumen. nam & Rhenus alioqui dicitur & Metaurus.

,, *Testis Metaurum flumen, & Hasdrubal,*

Legebatur etiam in quibusdam membranis Flumen Rheni.

Aut pluuius describitur arcus.) Quomodo illũ Virgil. describit in. 4. Æne.

,, *Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis*
,, *Mille trahens varios aduerso Sole colores.* Et in. 5.

" — *Ceu nubibus arcus*

" *Mille trahit varios aduerso Sole colores.*

Ac pòst eodem libro.

" *Illa viam celerans per mille coloribus.* —

Sed nunc non erat his locus) Aliena omnino sunt hæc, quæ sic ducis episodia, minimeq; opportuna, quæ ἀτόπως huc & importunè irruerunt, &, quod de procemiis quibusdam dixit Fabius, à materia longè ducuntur.

Et fortasse cupressum scis simulare) Hoc vnum nosti πάρεργον, quod omnibus appingas tabulis, omnibúsque inculces locis. *Quid hoc?)* ad quid istuc? *Si fractis enatat exspes Nauibus)* Quid naufrago cum cupresso? Appinxisses potius vel sæuiens mare, vel eiecta ad littus nauium fragmenta: vel vtroque similius aliud, atque cum re & argumento coniunctius. Parem huic ineptiam irridet in Satyra Persius naufragi mendicantis & cantantis etiam,

" *Men' moueat quippe, & cantet si naufragus, assem*
" *Protulerim? cantas cùm fracta te in trabe pictum*
" *Ex humero portes?* —

Idem verò Persius hunc omnino spectans atq; exprimens locum, Satyra .6. hoc modo scribit:

" *Ast vocat officium trabe rupta Brutia saxa*
" *Prendit amicus inops, remq; omnem, surdaq; vota*
" *Condidit Ionio, iacet ipse in littore, & vnà*
" *Ingentes de puppe Dei: iamq; obuia mergis*
" *Costa ratis laceræ, nunc & de cespite viuo*
" *Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret*
" *Cerulea tabula.* —

Hæc verò tabula votiua fuit, in qua naufragus pingi se, suosq; casus voluit. quo de genere tabularum intelligenda ea est, ad quam versus Horatianus ille in .2. Sermonum pertinet,

" — *Quo fit, vt omnis*
" *Votiua pateat veluti descripta tabella Vita senis.* —

Plinius Cupressum ascititium quiddam ad commendandam & ornandam picturam olim fuisse narrat: » Trahitur cupressus, inquit, in picturas » opere historiali venatus, classesq; & imagines rerum tenui folio & vi- » rente superficie vestiens. In antiquis codicibus quibusdam expers, in aliis exspes, posterius retinendum. Eodem est vsus verbo poëta elegantiss. Ouidius in .14. Metamorph.

" *Solus inops, exspes, leto, pœnæque relictus.*

Et Persi. Saty. 2.

" *Iam dabitur iam iam, donec deceptus & exspes*

„ *Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.*

Currente rota) Currens ab eodem rota iterum dicitur in.3.Carm.

„ *Ne currente retro funis eat rota.*

Cur vrceus exit?) Verbum in arte fingendi proprium exire. Istò credo respiciens in Sat. Persius, eodem est vsus verbo:

„ *Non ego quum scribo, si fortè quid aptius exit,*
„ *(Quando hæc rara auis est) si quid tamen aptius exit,*
„ *Laudari metuam.* —

„ Atque hunc deinde sequutus Quintil. in.12. Et si quid, inquit, exierit nume-
„ ris aptius, fortasse non possit, sed tamen si quid exierit, non erit Atticum.

Deniq; sit quod vis, simplex duntaxat, & vnum) Tertium hoc est ad ipsius vnionem fabulæ pertinens. Sed fabulam non vnam solùm, simplicem præterea vult esse, quam suscipit Poëta. Nec enim existimo temerè illum vtrumque coniunxisse & simplex, & vnum. Sed nos de re maximè necessaria, & in qua penè tota vis artis poëticę sita est, copiosius ac explicatius disputemus. Fabula μῦθος, & actio πρᾶξις, pro eodem ferè ab Aristotele solent vsurpari. nam vel egisse aliquem, quod omnino non egerit, Poëta fingit, & canit: vel cùm egerit quicquam, maius id tamē aut ipsum per se, aut adiectis & quasi appositis affictisque aliis amplius efficit poëta & grandius. Itaque neque actionem sine fabula, nec fabulam poëta sine actione vnquam ponet, atque tractabit. Est enim actionis imitatio fabula. Est autem fabula, vt & Demetrius Phalereus, & Albinus tradidêre, poëtę materia: hanc ille dum tractat & exsequitur, simul etiā imitatur, id est, fingit ea quæ ferè solent euenire in vita, in consuetudine, & rerum natura sic ferente. Qua re differt ab historico poëta. Ille enim rerum scriptor & narrator quę gesta sunt, siue vnquam illa euenerint, siue non euenerint, exponit, nec ad vitam & mores quicquā refert, nisi rarò fortè digrediens: Poëta verò nō quæ gesta sunt ferè, sed quę geri potuerunt, & gesta credi possunt, vel veri quadā similitudine, vel necessitate etiam rerum cogente ac singula deinceps deducente cōminiscitur. Illa verò & ad vitam, & ad mores, vt suprà posui, referri vult, & latè in omnium actiones patere. Non enim quum pium Æneam suum Virgil. facit, tam vult poëta quæcunque piè fecerit, Æneam fecisse, quàm omnes homines vel certè præstantissimos viros eadem virtute & studio parem animū pietatemque pręstare. Quā sanè ob rem est ipsa historia poësis grauior, magisque, vt ait Aristoteles, etiam philosophica: & illa potius, quæ dicuntur vniuersalia, tractat & suscipit, quàm quæ sunt priuata, & propria, & ad historiam magis pertinentia. Cùm constet igitur esse fabulam poeticæ materiam, ea vel vna est & simplex, vel vna & connexa. vna fabula quę sit, Aristoteles his
„ ferè verbis ostendit, μῦθος δ' ἐστὶν εἷς οὐχ' ὥσπερ τινες οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ,
„ πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γένει συμβαίνει ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν. οὕτω δὲ καὶ πρά-
„ ξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. Et aliquantò pòst: Χρὴ

» ὅυν καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις μιμητικαῖς ἡ μία μίμησις, ἑνός ἐστιν, οὕτω καὶ τὸν μῦθον,
» ἐπεὶ πράξεως μίμησίς ἐστι μιᾶς τε εἶναι καὶ ταύτης ὅλης, καὶ τὰ μέρη συνεστάναι τῶν
» πραγμάτων οὕτως, ὥστε μετατιθεμένου τινὸς μέρους ἢ ἀφαιρουμένου διαφέρεσθαι καὶ κι-
νεῖσθαι τὸ ὅλον, & reliqua. vnam & simplicem, siue simplicem tantùm, vnam & connexam siue connexam propriis definitionibus declarat Aristoteles,
» cuius verba subiicio, εἰσὶ δὲ μύθων οἱ μὲν ἁπλοῖ, οἱ δὲ πεπλεγμένοι, καὶ γὰρ αἱ
» πράξεις, ὧν μιμήσεις οἱ μῦθοι εἰσιν, ὑπάρχουσιν εὐθὺς οὖσαι τοιαῦται. λέγω δὲ ἁπλῆν
» μὲν πρᾶξιν, ἧς γενομένης ὥσπερ ὥρισται συνεχοῦς καὶ μιᾶς ἄνευ περιπετείας ἢ ἀναγνω-
» ρισμοῦ ἡ μετάβασις γίνεται. πεπλεγμένη δὲ ἐξ ἧς μετὰ ἀναγνωρισμοῦ ἢ περιπετείας,
» ἢ ἀμφοῖν ἡ μετάβασις γίνεται. Si est igitur, quemadmodum ex his atque aliis in eo libro Aristotelis verbis colligo, fabula vna altera & simplex, altera vna & connexa, hanc autem priori antefert Aristoteles, & poetas sequi mauult & amplecti, cur vnam tamen & simplicem potius hic Horatius probat? Existimo ego sic eius accipienda esse verba, vt cùm simplex ἁπλοῦς μῦθος, alia sit quæ comparetur cum connexa πεπλεγμένῳ μύθῳ, alia quæ cum duplici fabula διπλῷ μύθῳ, hanc autem plerique posthabeant simplici, non prioris illius diuisionis fabulam simplicem, sed posterius huius Horatium intellexisse. Quid autem simplex, quid cõnexa, aut duplex sit fabula, discendũ ex illo libro Aristotelis de poëtica. Sin hoc fortè non satisfacit, dici etiã potest illud, simplices quoq; ab Aristotele fabulas significari quasdam non vnas, easq; ab ipso dici ἐπεισοδιώδεις. non vnas autem propterea intelligi dico, quòd in iis episodia non cohærent, nec aliis alia sunt consequentia. Aristotelis verba, vt quidem sunt hodie, subiicio, τῶν
» δὲ ἁπλῶν μύθων αἱ ἐπεισοδιώδεις εἰσὶν χείρισται, λέγω δὲ ἐπεισοδιώδη μῦθον, ἐν
» ᾧ τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὔτ' εἰκὸς οὔτ' ἀνάγκη εἶναι. & quæ sequuntur. Aut igitur simplicem vult esse fabulam atque vnam, non duplicem, id est, in qua binæ sint περιπέτειαι contrariæ, siue διπλῆ σύστασις: aut simplicem atq; vnam fabulam, non simplicem tantùm ac non vnam etiam, id est, ἐπεισοδιώδη. In satis vetusto libro sic legebatur, Deniq; sit quiduis, nõ quoduis.

Maxima pars vatum, pater, & iuuenes patre digni,
Decipimur specie recti. breuis esse laboro,
Obscurus fio. sectantem leuia, nerui
Deficiunt, animique: professus grandia turget.
Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Hæc altera est siue ἀποστροφὴ, siue προσφώνησις ad Pisones, eosq; de poetarum hoc errore, & in interponendis episodiis inscitia commonefacit.

Poë-

Poëtæ, inquit, & si quidem peccant in eo, quòd non rectè faciant, peccant tamen eius quod est rectum specie quadam delusi, & inopia potius infirmitateq́ue iudicij. Hoc Græci vitium κακόζηλον vocant, quo de Quin-
„ tilianus in.7.hæc: Deniq́ue κακόζηλον vocatur, quicquid est vltra virtutem,
„ quoties ingenium iudicio caret, & specie boni fallitur, omniumq́ue in elo-
„ quentia vitiorum pessimum. nam cętera quum vitentur, hoc petitur. Est autem tantùm in eloquutione. itaq́ue vt in repub. vtilitatis specie peccari sæpe scribit Cicero, sic in poetica virtutis harū alicuius. Cùm enim probari illud opus quod est varium & episodiis aptè distinctū, vnum tamen animaduertant, varietatem imprimis relicta illa vnitate (teram enim id verbum sæpius) inscienter quidem turpiterq́ue consectantur. ac eò fit, vt monstri similia, aut mera potius monstra & prodigia in lucem proferāt. quod non in hac re modò, sed in cæteris etiam quæ laudabiles sunt, vsuuenire solet. Aberramus enim ferè ab ipsis virtutibus, & in proxima vitia vel errore mentis, vel imbecillitate ingenij sæpe delabimur. cuius rei pluscula ab eo ponuntur exempla. *Qui variare cupit*) De varietate sunt hæc, episodiisq́ue intelligenda: è quorum dissimilitudine varium fit ipsum poëma, quod Cic. vocat in.2.de Finibus, & illa varietate, si non est prodigialis, delectat. *Breuis esse laboro*) Laudabilem illam breuitatem Gręci alij βραχυλογίαν, alij συντομίαν appellant. Hoc malè imitantes, inquit Fabius, obscuritas sequitur. Nihil enim est in historia, vt ait Cicero, pura & illustri breuitate dulcius. Fabius Quintil. lib.9. in figuris verborū hanc
„ huius loci nullo nomine numerat. Eius enim verba sunt eiusmodi, συνοι-
„ κείωσιν vocant, quę duas res diuersas colligat, Tam deest auaro quod ha-
„ bet, quàm quod non habet. Hinc diuersam volunt esse distinctionem,
„ cui dant nomen παραδιαστολήν, qua similia discernuntur, quum pro astuto
„ sapientem, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem: quod totum
„ pendet ex finitione, ideoq́ue an figura sit dubito. Cui contraria est ea quæ
„ ex vicina transit ad diuersa, aut similia, *Breuis esse laboro, obscurus fio*.

Sectantem leuia nerui Deficiunt animique) His, inquit, qui genus dicendi politum tersumq́ue, & quoddam quasi molle aurum consectantur, accidit vt neruos, animos, robur, & vim ferè non habeant. Hunc nos antea locum totum in explanationibus in lib. De optimo genere oratorum, copiosius explicauimus. Leuia verò quæ dicit Horat. ea λεῖα Gręcè dicūtur, translatio facta est ab iis rebus, quarum asperitatē tangendo ac tractando, vel mollitudinem & leuorem haurimus. Ei quod λεῖον dicitur, contrarium est τραχὺ, & ab Aristotele in Qualitatis Categoria simul vtrunq́ue
„ ponitur, & leuitatem Cic. in.3. De orat. refert ad tactum. In ipso, inquit,
„ tactu esse modum & mollitudinis & leuitatis. Quamq́ etiam à viis facta
„ translatio videri possit, quę Gręcis, vel λεῖαι vel τραχεῖς dicuntur. Sic enim
„ Theodoretus loquitur in.6. de prouidentia Concione, ὄψις μὲν γὰρ, inquit,
„ πολλάκις τοὺς πόδας καὶ τὸ λεῖον αὐτοῖς ὑποδείκνυσι, καὶ τῶν τραχυτέρων ἀποτρέχει
„ χωρίων, φέρεται δὲ ὑπὸ ποδῶν. Leuitatem verò hanc orationis λειότητα Phalareus appellat, eamq́ue duplicem videtur facere, alteram quidem compo-

siti-

sitionis & coagmentationis ipsius, alteram verò singulorum verborum.
priorem illam orationis ipsius leuitatē in vitanda ferè collisione ac con-
cursu vocalium ponit Phalareus, quod ipsum mollit ac eneruat orationē,
& est vehemēti, acri, & illi masculo, vt ita dicam, generi planè cōtrarium.
» Demetrij verba in extremo lib. περὶ ἑρμηνείας hæc sunt: ἡ δὲ λειότης ἡ περὶ τὴν
» σύνθεσιν οἵᾳ κέχρηνται μάλιστα οἱ ἀπ' Ἰσοκράτους φυλαξάμενοι τὴν σύγκρουσιν τῶν
» φωνηέντων, οὐ μάλα ἐπιτήδεια ἐστὶ τῷ δεινῷ λόγῳ. πολλὰ γὰρ ἐκ τῆς συμπλήξεως
» ἂν αὐτοῖς γένοιτο δεινότερα. & quæ sequuntur. ad quæ addi aptariq; possunt
alia illa Halicarnasei de leuitate hac & continuatione verborū, dum Sap-
phus in nōnullis, quos adducit, versibus elegantiam laudat & venustatē,
» Ταύτης τῆς λέξεως ἡ εὐέπεια καὶ ἡ χάρις ἐν τῇ συνεπείᾳ καὶ λειότητι λέγει τῶν ἁρμο-
» νιῶν. παράκειται γὰρ ἀλλήλοις τὰ ὀνόματα καὶ συνύφανται κατάτινας οἰκειότητας
» καὶ συζυγίας φυσικὰς τῶν γραμμάτων. τὰ γὰρ φωνήεντα τοῖς ἀφώνοις τε καὶ ἡμι-
» φώνοις συνάπτεται μικροῦ δεῖν δι' ὅλης ᾠδῆς. ὅσα προτάττεσθαί τε καὶ ὑποτάττεσθαι.
» ἡμιφώνων δὲ πρὸς ἡμίφωνα, καὶ φωνηέντων πρὸς ἄλληλα συμπλώσεις αἱ διακλείουσαι
» τοὺς ἤχους ὀλίγαι πάνυ εἰσίν. Intelligo ex his verbis laudari versus illos do-
ctissimæ fœminæ ab lenitate etiam, quæ efficitur aut nunquam, aut certè
rarò collidendis atq; inter se committendis vocalibus. Id enim mihi ex-
trema verba videntur significare. at quas ille φωνηέντων πρὸς ἄλληλα συμ-
πλώσεις vocat, à Demetrio & συγκρούσεις & συμπλήξεις etiam dicuntur. Po-
steriorem verò singulorum verborum leuitatem dicit idem Demetrius,
cùm sunt in singulis verbis vocales vel omnes, vel certè plurimæ. Verba
» Demetrij sunt: παρὰ δὲ τοῖς μουσικοῖς λέγεταί τι ὄνομα λᾶον, καὶ ἕτερον τὸ τραχὺ,
» καὶ ἄλλο εὐπαγὲς, καὶ ἄλλο ὀγκηρόν. λᾶον μὲν οὖν ἐστιν ὄνομα τὸ διὰ φωνηέντων ἢ
» πάντων, ἢ διὰ πλειόνων οἷον Αἴας, τραχὺ δὲ, οἷον βέβρωκε. nimirum durior vox
est βέβρωκε, quòd illam semiuocalis ῥ asperat interiecta. quæ quia rarior
est etiam in illis, quos probat Halicarnaseus, versibus, commendat etiam
ab hac altera leuitate, quum dicat raras esse semiuocalium, earum præ-
sertim quæ orationis elegantiam exasperent, connexiones. Sic enim ait,
» ἐγὼ γ' οὖν ὅλην τὴν ᾠδὴν ἀνασκοπούμενος πέντε ἢ ἓξ ἴσως εὗρον ἐν τοῖς τοιούτοις ὀνό-
» μασι καὶ ῥήμασι καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις ἡμιφώνων τε γραμμάτων συμπλοκὰς τῶν
» μὴ πεφυκότων ἀλλήλοις κεράννυσθαι, καὶ οὐδὲ ταύτας ἐπὶ πολὺ τραχυνούσας τὴν εὐέ-
» πειαν εὑρίσκω. Horatius, vt quidem opinor, vtramq; leuitatē mihi videtur
requirere, & verborum singulorū, & orationis totius. quamq̃ verba illa
Nerui animiq;, de hac potius intelligendum hunc esse locum ostendunt,
& quòd cum prioribus illis Phalarei verbis omnino cōsentiant, & quòd
Quintilianus, si quidem nitoris nomine leuitatem orationis intelligi vo-
luit, eum ad orationem totam refert, prudenterq; monet, caueamus vi-
tium proximum, ac ne præ studio virtutis vnius incurramus in vitium
exilitatis & infirmarū virium. Quintiliani verba sunt in .12. Sed & copia
» habet modum, sine quo nihil nec laudabile, nec salutare est, & nitor ille
» cultū virilem, & inuentio iudicium. Sic erunt magna non nimia, sublimia
» non abrupta, fortia nō temeraria, seuera non tristia, grauia nō tarda, læta
» non luxuriosa, iucunda non dissoluta, plena nō tumida. Similis in cæteris
ratio

" ratio eſt. Tutiſſima ferè per medium via, qua vtriuſq; vltimũ, vitium eſt. Quæ ſunt oĩa toti huic loco conſentanea. Habebat ex ĳs, quibus vtebar, liber vnus lenia, nõ leuia: nec ab re quidem. ſunt enim ferè lenia ſine neruis, ſine vi, ſine lacertis. ac λεῖον quidẽ ipſum lene quidam interpretantur. probabiliorẽ hanc poſteriorem lectionẽ facit eadem penè ſentẽtia iiſdem ferè verbis à Cic. in Bruto expreſſa. verba illius hæc, Feſtiuitate igitur &
" facetiis, inquam, C. Iulius, L. F. & ſuperiorib. & æqualibus ſuis omnibus
" præſtitit, oratorq; fuit minimè ille quidem vehemens, ſed nemo vnquam
" vrbanitate, nemo lepôre, nemo ſuauitate conditior. ſunt eius aliquot ora
" tiones, ex quibus ſicut ex eiuſdem tragœdiis lenitas eius ſine neruis perſpici poteſt. Eodèm C. Cæſaris accedit auctoritas, qui in his verſibus qui de Terentio ſcripti ab eo feruntur, lenia illius ſcripta, ſine vi tamen Comica fuiſſe dolet. ſic enim ait:

" *Leuibus atq; vtinam ſcriptis adiuncta foret vis*
" *Comica.* —

Quiſquis autẽ fuit ille, qui Mecœnatis obitum deflet, nec enim Virgilium hunc eſſe magnoperè confirmem: is inquam ipſe & lenire, & leue in eodem genere ſimul dixit. Eſt enim illic verſiculus hic:

" *Leniſti morſu leuia fila parùm.*

Quod cum aliis etiam concurrit, quî putem eadem leuia & diducta dici. Neruos autem in ſuis ſcriptis deſiderari à quibuſdam, ſcribit idem in .2. Sermonum, Satyra. 1. his verbis

" — *Sine neruis altera quicquid*
" *Compoſui pars eſſe negat.* —

Qua ipſe in Satyra eadem eſt vſus dicendi ratione,

" — *Cupidum, pater optime, vires,* inquit, *Deficiunt,* —

At verò animos quòd addit, poteſt id quoq; de vno dici, quem animi ipſi deficiant, id eſt, ſpiritus & alacritas ipſa, quemadmodũ μεγαλοθυμίαν nõnunquã θυμοὶ græcè ſignificant. Cic. in Piſonem, de vno profectò dixit
" animos: Cùm tibi nuper, inquit, animos inflaſſet. atq; idẽ Hor. in. 4. Car.

" *Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?*
" *Vel cur his animis incolumes non rediere genæ?*

Et in. 1. Epiſt. ad Mecœnatem:

" — *Parios ego primus Iambos*
" *Oſtendi Latio, numeros animosq; ſequutus*
" *Archilochi.* — Et in Epiſt. ad Senam,
" — *Hic onus horret*
" *Vt paruis animis, & paruo corpore maius.*

Profeſſus grandia turget) Qui plena & grandia conſectatur, & ad laudabilem illam orationis aſpirat amplitudinem, turget atq; intumeſcit, &

in illud vitiosum inflatum prolabitur genus. Non alienus huic & alter ,, ille apud Ciceronem locus in Bruto, Quoniam ergo, inquit, oratorum ,, bonorum (hos enim quęrimus) duo genera sunt, vnum attenuatè, pressęq; dicentium: & si id melius est quod splendidius ac magnificētius, tamē ,, in bonis oīa quæ summa sunt, iure laudantur. Sed cauenda pressa illi ora- ,, tori inopia & ieiunitas, amplo aūt inflatum & corruptū orationis genus.

Serpit humi.) Qui inflatum & corruptum illud orationis vitauerunt genus, incidunt in illud alterum nihilominus vitiosum vituperandumq;, humile atque abiectum. Quo de genere C. Plin. Secund. lib. 9. Epist. Sic ad Lupercum scribit: Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam ,, efferuescere, efferri, ac sæpe accedere ad præceps. Nam plerumque altis ,, & excelsis adiacent abrupta, tutius per plana, sed humilius & depressius. ,, Item frequentior currentibus quàm reptantibus lapsus, sed his non la- ,, bentibus nulla laus, illis nonnulla etiam si labantur. Quæ si nonnihil ,, pugnare videntur cum Ciceronis sententia, qui etiam attenuatè presseq; dicentes, laude tamen dignos putauit, hic alter indignos iudicat: accipi tamen vtrumq; cōmodè, & probari dictum potest. Plinius verò reptandi verbo huic serpendi Horatiano simillimo est vsus. In qua ipsa Epistola est operæpretium videre, quæ proxima virtutibus orationis opponat vitia, tumida videlicet sublimibus, audentibus improba, nimia plenis, immodicum grandi, alto enorme. Humus autem vox elegans atque vsitata in hoc humilitatis & abiectionis genere. Idem pòst:

,, *Hic dum vitat humum, nubes & inania captat.*
,, Virgil. *Tentanda via est, qua me quoque possim*
,, *Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora.*

Quem imitatus Horat. in. 3. Carm. ait,

,, *Cœtusq; vulgares, & vdam*
,, *Spernit humum fugiente penna.*

Tutus nimium timidusque procellæ) Qui nauigant quoq; procellæ metuentes ad littus accedunt propius æquò, dum se alto timent credere, atque committere. hoc altum vrgere, illud verò, littus nimium premere, dixit in. 2. Carminum ad Lycinium, cuius Lyrici sunt:

,, *Rectius viues Licini, neque altum*
,, *Semper vrgendo, neque dum procellas*
,, *Cautus horrescis, nimium premendo*
,, *Littus iniquum.*

Qui variare cupit.) Pertinent hæc ad eandem omnino sententiam, qui descriptioni & elegantissimæ illi episodiorum student varietati, mirum quàm sæpe in eo errant, si artem non adhibent, si sedulò non cauent, si nō prudenter apteq; vt id faciant, elaborant. Ex hac temeritate prauaq;

&

& præpostera ratione tractandi monstra existunt, neq; credibilia, neque verò ferenda. Res enim alienissimas inter se dissimilesq; cogunt tamen coire, maleq; cõsarciunt, veluti qui Delphinum versantẽ in syluis, aprum fluctibus innatantem pinxerit in tabula, nimirum in vitium neglecta aut ignorata potius arte eunt proni atq; præcipites, neq; quod est optimum norunt tenere: atq; hoc alterum Dum vitant stulti vitium, in cõtrarium currunt. Plutarchus in Demosthene simile quoddam prouerbium tractũ ex Delphini natura ponit, cùm Demosthenis & Ciceronis orationes velle negat cõparare, idq; est, Delphinus in sicco. id significans videlicet, vel inuitum se id omnino facturum fuisse, vel dissimilitudinem orationum vtriusq; ostendens. id autem verbum Ionis cuiusdam esse affirmat.
» Verba illius sunt: τὸ δὲ δύο λόγους ἀντεξετάζειν καὶ ἀποφαίνεσθαι πότερον ἡδίων
» ἢ δεινότερος εἶπεν, ἐάσωμεν. κακεῖ γάρ, ὥς φησιν ὁ ἴων, δελφὶν ἐν χέρσῳ βία. ἣν
» ὁ περιττὸς ἐν ἅπασιν Κεκίλιος ἀγνοήσας ἐνεανιεύσατο σύγκρισιν. & quę sequuntur.

Æmilium circa ludum faber Imus & vngueis
Exprimet, & molleis imitabitur ære capillos.
Infelix operis summa, quia ponere totum
Nesciet. hunc ego me, si quid componere curem,
Non magis esse velim, quàm prauo viuere naso,
Spectandum nigris oculis, nigróque capillo.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus: & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.

Non est hominis cuiusque, neque virium quarumcunque, longum opus instituere, idq; omni ex parte perfectum ingenio & elaboratum industria ad exitum perduxisse. Etenim vt id exemplo doceam, sculptor aliquis vt partes in effingendo humano corpore quasdam summa arte expressérit, at totum certè nequaquam potuit. Quî tandem istuc? quia quum varium id esset ac multiplex, oculi, manus, vngues, capilli, ac reliquæ partes, ille non id quod norat ac poterat, tantùm effinxit, sed totum complecti voluit ac persequi: eoq; factum est, vt pars vna de multis, quan-

tumuis bene effícta, artificiosèq; ducta: collata tamen cum cæteris impolitè factis, venustatem atque elegantiam amittit suam. Itaque poëtæ id prorsus accidit, vt quum longum ac difficile aggrediatur opus, quod variandum, multisq; rebus, iisq; sit insignibus distinguendum, & quasi coagmentandum, nonnunquam id quidem ille pręclarè faciat, sæpe tamen idem cadat, sæpe illum oratio deficiat, sæpe etiam rerũ ordo fallat. Aliud enim est Iliada totam ipsam texere, aliud illius partes aliquas per se ac separatim persequi. *Æmilium circa ludum*) Emulium quædam exemplaria sine diphthongo ac per u vocalem. Credo ego ludum Æmilium æmilianum dici, sic videlicet, vt Æmilia tribus, Iulia porticus, & vmbra Pompeia dicitur à Nasone. *Faber imus*) An fabro illi nomen Imo fuerit, an verò locum sic indicet, vt imus faber sic dicatur, vt Ianus imus ab eodem dicitur in .1. Epist. ad Mecœnatem:

,, *Hæc Ianus summus ab imo Perdocet.* —

nihil sanè habeo, quod in alterutram partem magnoperè confirmem.

,, *Et molleis imitabitur ære capillos*) Exempla manu scripta omnia, Et mollis. quod ipsum ex grammaticorũ animaduersione ac traditione notum. Sic autem molles vngues dicuntur, vt à Martiale molles honores, in primo totius operis epigrammate, quod ad earum laudem artium pertinet, quæ pingendi sunt atque effingendi. Hunc versiculum Seruius Maurus adducit vna minus particula, interpretans illud Virg. in. 6.

,, *Excudent alij spirantia melius æra.*

Sed in antiquissima Seruij membrana sic legebatur hic versus,

,, — *Et mollis imitabitur æra capillos.*

Græcè fortasse magis quàm Latinè dictum, κατὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ κατά. Verùm Horatius illo altero modo in. 2. Epist. est ad Florum locutus. Ait eñ,

,, *Argilla quiduis imitabitur vda.* *Infelix operis summa*) Non enim potuit cæterarum partium elegantiam æquare. Sic autem infelix, vt Græcè quoque dicitur ἄθλιος in hoc genere. Dionysius Halicarn.

,, καὶ οἱ φιλοσοφίαν ἀπαγγελλόμενοι, καὶ τὰς διαλεκτικὰς ἐκφέροντες τέχνας οὕτως
,, εἰσὶν ἄθλιοι περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, & quæ sequuntur.
,, *Quia ponere totũ Nesciet*) ὁλομελῆ, cùm cętera sint politissima arte perfecta,
,, extremũ rude & infabrefactũ relinquitur. Ponendi aũt verbo sic est vsus in pingendi arte, vt alibi quoq; de pictoribus & statuariis in. 4. Carm.

,, — *Neque tu pessima munerum*
,, *Ferres, diuite me scilicet artium,*
,, *Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,*
,, *Hic saxo, liquidis ille coloribus,*
,, *Solers, nunc hominem ponere, nunc Deum.*

Et A. Persius Satyr. 1. de scriptoribus μεταφορικῶς:

Ecce

" *Ecce modo heroas sensus afferre videmus,*
" *Nugari solitos græcè, nec ponere lucum*
" *Artifices, nec rus saturum laudare.*

Quàm prauo viuere naso) Libri omnes manu scripti, quàm naso viuere prauo, partibus inter se duabus sedes mutantibus.

Spectandum nigris oculis, nigróque capillo) Nigri oculi capillíq; formam commendant & venustant mirificè. Idem in Odis:

" *Et lycum nigris oculis nigroq́ Crine decorum.*

Nigros oculos in amica Formiani doctiss. Poëta Catullus desiderat:

" *Salue nec minimo puella naso,*
" *Nec bello pede, nec nigris ocellis.*

Sumite materiam) Vtar hic Bruti verbis in Epistola ad Antonium, horum sanè simillimis Horatij: Tu etiam atq; etiam Poëta vide quid suscipias, quid sustinere possis: & quantũ ferre possis, tantum tibi oneris imponi patiare. Sumere autem idem est quod suscipere. Idem enim in.1. Epist. ad Florum eodem verbo hoc ipso in genere est vsus,

" *Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?*

Sumunt etiam regionem quam tueantur Magistratus. Cic. in Epist. ad
" Terentiam, Italiæ regiones descriptæ sunt, quam quisque partem tue-
" retur, nos Capuam sumpsimus.

Quid ferre recusent, Quid valeant humeri) Idem in Epist. ad Augustum,

" *— Sed neque paruum*
" *Carmen Maiestas recipit tua, nec mens audet*
" *Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.*

Cui lecta potenter erit res) Quod ferre valeant humeri, & cognita perspectáq; materia, & exploratis propriis viribus. Potenter autem valet κατὰ δύναμιν, pro virium modo suarum. Eodem penè modo Quintilian.
" in.xij.cap.x. Tum, inquit, propter qđ maximè repertus est vsus oratio-
" nis, vt dicat & vtiliter, & ad efficiendum quod intendit, potenter. Verbo quoq; sufficiendi in hoc genere idem est vsus, qualia eius illa sunt, causis sufficere, & Brutũ rerum ponderi suffecisse. M. Tullius in.1. de legibus, satisfaciendi verbo simile quiddam mihi dixisse videtur. Sic enim loqui-
" tur apud illum Atticus: Abest enim historia literis nostris, vt & ipse in-
" telligo, & ex te persæpe audio. potes autẽ tu profectò satisfacere in ea,
" quippe cùm sit opus, vt tibi quidem videri solet, vnum hoc oratorium maximè. C. quoque Salustius, quum animum ipsum abundè pollentem, potentemq́; & clarũ esse, neque fortunæ egere dicit, non his similia propè dicit? Hi vero qui quod suscipiunt præstant, ἱκανοὶ & αὐτάρκεις dicuntur. Ipse in.3. Carm. ad Mecœnatem potentem sui dicit, sorte sua cõten-

tum, quiq; proba se pauperie tuetur. Verbum si latinum putarem sufficienter, hoc illud alterum potenter interpretarer commodissimè.

Nec facundia deseret hunc) ἡ ἐν τοῖς νοήμασι οἰκονομία καὶ ἡ εὐμορφία περὶ τὰ ὀνόματα, Dionys. Halicarnas. Id est, Luculentè id & politè etiam scribet. Est enim virtus vtraque poëtæ necessaria & honorifica. Hæc verò Horatiana cum Ciceronis verbis omnino congruere videntur. Cic. enĩ in Bruto de veterum Carminib. ac de Ennio agens Poëta, hæc scribit.
,, Sed ipse dicit cur id faciat: Scripsere, inquit, aliĳ rem versibus, & luculentè
,, quidem scripserunt etiam, si minus q̃ tu politè. Sed quod lucidum appellat ordinem eodem quoque epitheto affecit Ausonius in oratione qua
,, Gratiano Imperatori gratias agit, Cuius, inquit, orationis ordo lucidior? & quæ sequuntur. *Ordinis hæc virtus erit, & venus)* Quoniam statim mentio facta est ordinis, & ipsa episodiorũ interpositio nisi ritè fiat ac ordine, totius operis splendori officit ac incommodat, præceptum hoc loco de instituenda οἰκονομία ordineq; nostro scribendi adiungendo ponit.

Virtus & venus) Fiet, inquit, rectè id ac lepidè, si quid quoq; loco dicendum ac ponendum sit, probè norimus. Apta enim opportunaq; rerũ in poëmate distributio ac digestio, præclarum sanè, atq; opus ipsum facit imprimis admirabile. adeò magnum est illud, τοῦ οἰκονομεῖν. Venerem autẽ gratiam nimirum ipsam & elegantiam intelligimus. quomodo Quintilianus Venustum definit, venustum esse quod cum gratia quadam & venere dicatur, Græci τὴν ἀφροδίτην sic ferè ponunt. Halicarnaseus περὶ
,, συνθέσεως ὀνομάτων agens de verborũ genere, his ferè verbis vtitur, ἕτεροι
,, δὲ εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συνθέντες δὲ αὐτὰ καὶ περιττῶς
,, πολλὴν τὴν ἀφροδίτην τῷ λόγῳ περιέθηκαν. *Vt iam nunc dicat)* Quod est iudiciĳ ac prudentiæ propriũ, non vt se quidq; dabit ac offeret, continuò ponere, temereq; fundere. *Pleraque differat)* Reseruet in alium locum, & episodio alibi complectatur. *Præsens in tempus)* κατὰ τὸ παρόν. cuiusmodi illud quoque est apud eundem in .2. Carm.

,, *Lætus in præsens animus, quod vltra est*

,, *Oderit curare.* — Vel præsens in tempus id sit, reseruet ac differat in locum alium, ac tempus commodius. Cic. in .2. Episto. ad
,, Atticũ, Nam eiusmodi sunt iis versus vti in tempus ab inimico Pompeĳ scripti esse videantur, id est, attemperatè ad id tempus.

Hoc amet, hoc spernat) Quod ad delectum rerum ipsarum faciendum pertinet. Seruius Maurus hunc Horatĳ versum aliter intellexit, & ad poëtæ ipsius interpositionem personæ pertinere voluit. Interpretãs enim illud Virgilĳ in secundo Georgicorum,

Me verò primùm dulcis ante omnia Musæ,

,, sic ait: Diu quæsitum est, vtrum philosophiæ, an rusticitatis vita esset fe-
,, licior, Vnde nunc dicit primam esse philosophiam, pòst ipsam rusticam
,, vitam. Suam aũt personã pro quocũq; ponit. Sic paulò pòst, Aura mihi.
,, Sic in .1. *Non illa quisquam me nocte per altum Ire.* —

Nec

,, In.3. *Nec mihi tum molleis sub diuo ducere somnos.*
,, Et hoc est quod dicit Horatius in arte poëtica,
,, *Hoc amet, hoc spernat promißi carminis auctor.*
Sed in perueteri codice Seruij versus hic Horatianus sic se habebat,
,, *Hoc amet, hoc spernat, quod prompsi carminis auctor.*
legendum fortè sit, quod prompsit, id est, edidit. Idem alibi,
,, *Condo & compono, quæ mox depromere poßim.*

Promissi carminis) Libet hic mihi nõ quod sit ipse pollicitus Poëta promissum carmen intelligere, sed longum ac prolixum opus. Ipse ꝑmissum carmẽ iterũ dicit ĩ Epodo, sed vtro modo, lector viderit. sic. n. est Ode. 14.
,, *Deus deus nam me vetat*
,, *Incœptos, olim promissum carmen, Iambos*
,, *Ad vmbilicum adducere.*

Prudentissimè verò in tota hac ordinãdi distribuendiq; ratione Homerũ fuisse versatum, ostendit Aristoteles in Poëtica. cuius verba huic loco nõ aliena subijcio : περὶ δὲ τῆς διηγηματικῆς, καὶ ἐν μέτρῳ μιμητικῆς ὅτι δεῖ τοὺς μύ-
,, θους καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις συνιστάναι δραματικούς, καὶ περὶ μίαν πρᾶξιν ὅ-
,, λην καὶ τελείαν ἔχουσαν ἀρχὴν, καὶ μέσον, καὶ τέλος, ἵν' ὥσπερ ζῶον ὅλον, ποιῇ τὴν
,, οἰκείαν ἡδονὴν, δῆλον. καὶ μὴ ὁμοίως ἱστορίας τὰς συνήθεις εἶναι. ἐν αἷς ἀνάγκη οὐχὶ
,, μιᾶς πράξεως ποιεῖσθαι δήλωσιν, ἀλλ' ἑνὸς χρόνου ὅσα ἐν τούτῳ συνέβη περὶ ἕνα ἢ
,, πλείους, ὧν ἕκαστον, ὡς ἔτυχεν, ἔχει πρὸς ἀλληλά. ὥσπερ γὰρ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρό-
,, νους ἥ τ' ἐν σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία, καὶ ἡ ἐν σικελίᾳ καρχηδονίων μάχη, οὐδὲν
,, πρὸς τὸ αὐτὸ συντείνουσαι τέλος, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς χρόνοις ἐνίοτε γίνεται θάτε-
,, ρον μετὰ θατέρου ἐξ ὧν οὐδὲν γίνεται τέλος. σχεδὸν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ποιητῶν τοῦτο
,, δρῶσι. διὸ ὥσπερ εἴπομεν ἤδη καὶ ταύτῃ θεσπέσιος ἂν φανείη ὅμηρος παρὰ τοὺς
,, ἄλλους, τῷ μὴ δὲ τὸν πόλεμον καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν, καὶ τέλος ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν
,, ὅλον. λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι. ἢ τῷ μεγέθει μετριά-
,, ζοντα, καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ. νῦν δ' ἓν μέρος ἀπολαβὼν ἐπεισοδίοις κέ-
,, χρηται αὐτῶν πολλοῖς, οἷον, νεῶν καταλόγῳ, καὶ ἄλλοις ἐπεισοδίοις, οἷς διαλαμ-
,, βάνει τὴν ποίησιν. Ex quibus eius verbis intelligimus, si quéadmodũ illis fiebat historiis, res tempore non ordine ac genere coniunctas poëta versibus connectat, oriturum illud monstrum horrendũ, ingens, de quo iam suprà, à quo differat id quod idem appellat ζῶον ἓν ὅλον.

In verbis etiam tenuis, cautusque serendis.
Dixeris egregiè, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum: si fortè necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum: &
Fingere cinctutis non exauaita Cethegis
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter.

Et no

Et noua, fictaque nuper habebunt verba fidem: si
Græco fonte cadant parcè detorta. quid autem
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varoque? ego, cur acquirere pauca
Si possum, inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrium ditauerit: & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, semperque licebit,
Signatum præsente nota producere nomen.

Hæc de verborū genere præcepta traduntur, quibus vti poëta debeat, id est, ea parte, quam secundam poëseos fecimus, & Aristot. λέξιν appellat, ,, Eam ille definiens ait, λέγω δὲ λέξιν μὲν αὐτὴν τὴν τῶν μέτρων σύνθεσιν. à Latinis hæc elocutio dicitur. Etenim quum de materia deq; rerum ipsarum ordine & quadam quasi dispensatione, quod sibi visum est, satis præcepisset, hæc nimirum pars reliqua esse videbatur. Sit igitur, inquit Poëta, & tenuis, & cautus in serendis verbis. quanquā hæc Horatij poëtam ipsum appellantis & alloquentis verba videntur esse, nec tam præcipientis vt tenuis cautusq; sit in serendis verbis, quàm confirmantis potius & hortantis in eo etiam sit vt audentior. Tenuis enim & cautus is ab eo dicitur, qui nihil in oratione nisi tritum, vsurpatum, probatū ac vulgatum ponit, quod nemo iure reprehendat. Tenuia enim sunt & humilia, vt ait Aristot. quæ sunt vsitata & vulgaria. Cuius generis sunt poëmata & scripta quæcunq; tenui, vt dicuntur, deducta filo. quanquā pertinet id quoque ad laudem. quod quia ignorarunt illi, qui de eo aliquid tradiderunt, ponam hic versus Ausonij Poëtæ, quæ multò aliud ac isti volunt tenui illo subtiliq; filo significant. Ille igitur sic in Mosella,

,, *Tempus erit, quum me studiis ignobilis oti*
,, *Mulcentem curas, senijque aprica fouentem*
,, *Materiem commendet honos, quum facta viritim*
,, *Belgarum, patriosq; canam decora inclyta mores,*
,, *Mollia subtili nebunt mihi carmina filo*
,, *Pierides, tenuiq; aptas subtegmine telas*
,, *Percurrent, dabitur nostris quoq; purpura fusis.*

Ac Horatianum illud, Tenui deducta poëmata filo, non est id quidem prioris illius generis, quemadmodum Erasmo est visum, sed huius potius alterius. Quod autem serendis dixit, existimo id ad orationem esse continuam referendum, quæ verbis est ipsa quasi consita. Cur enim hoc loco serere nouare intelligam, quum eum qui cautè tenuiterq; verba se-

rat

rat & iungat in oratione audere iubeat, & nouare non timidè. Ita verò sata hîc verba dicuntur, quemadmodum ab Scæuola Albutij curiositatem nimiamq; diligentiam irridente lepidè compostæ lexeis dicuntur, &
,, vt apud illum sequitur, Vt tesserulæ omnes, Arte pauimento atque em-
,, blemate vermiculato.

Dixeris egregiè) Priscian. in . 18 . de impersonalium constructione, hos Horatij citans versus, ait. Horatius de arte poëtica,

,, *Dixeris egregiè, notum si callida verbum*

,, *Reddiderit iunctura nouum.* Id est, poteris dicere egregiè. Sed ea quæ sequuntur, Notum si callida verbũ Reddiderit iunctura nouum, difficilia sunt ad interpretandum. Nouum enim verbum cùm fieri dicat ipsa iunctura, de translatione pleriq; id acceperunt: nonnulli etiã de ipsorum compositione verborum. Sed malim equidem de compositione dictum intelligere. Nos verò aliquantò altius repetentes, rem totam planius exponamus. Cùm dictionis ipsius (sic enim τὸν τόπον λεκτικὸν ab Halicarnasseo dictum, latinè exprimi potest commodissimè) cùm dictionis, inquam, ipsius partes duæ sint, ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, delectus hic verborũ latinè dicitur, ac ἡ σύνθεσις ὀνομάτων, (collocatio hæc dici & constructio verborum solet) hoc autẽ in loco de collocatione & constructione ipsa nihil præcipere videatur Horatius: de singulis hæc simplicibusq; verbis profectò sunt intelligenda. Simplicium aũt separatorumq; verborum tria ferè genera traduntur, propriorum, nouatorũ, & translatorum . non sunt igitur nouata translata . at hîc nihil aliud nisi nouitatem Flaccus inculcat, & ad eius nos hortatur studium, atq; instruit, quo sit id modo rationeq; faciendum. Quare non sunt intelligenda translata, quæ verba iunctura nouauerit, cùm translata, nouata non numerentur. Nouata verba plura alij quàm alij fecerunt. Cicero duo genera in. 3. de Orat. nouatorum siue fictorum verborum dixit esse, vel coniunctione, vel nouitate facta . In partitionibus autẽ oratoriis, quadripartita ea esse voluit. Et nouata, inquit, aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborum. Sed sint illa fortè priora tria membra ad nouitatem superioris diuisionis membrum posterius referenda . Neq; verò similitudine nouata, sunt ipsa translata . Cuius totius Ciceronianæ diuisionis partes, quoniam interpretes pleriq; nõ intelligunt, exponam ipse verè, vt puto, quid vnumquodq; sit eorum . Nouata similitudine dicuntur, facta videlicet ad eorum quæ sint vsitata & nota, similitudinem. De
,, quibus hæc Demetrius Phalereus περὶ συνθέτων ὀνομάτων scribit, στοχαστέον
,, πρῶτον μὲν τοῦ σαφοῦς ἐν τῷ ποιουμένῳ ὀνόματι καὶ συνήθους, ἔπειτα τῆς ὁμοιότητος
,, πρὸς τὰ κείμενα ὀνόματα. ὡς μὴ φρυγίζειν ἢ σκυθίζειν τις δόξει μεταξὺ ἑλληνικοῖς
,, ὀνόμασιν. ποιητέον μέντοι ἤτοι τὰ μὴ ὀνομασμένα, οἷον τὰ τύμπανα καὶ τὰ ἄλλα τῶν
,, μαλθακῶν ὄργανα, κιναιδίας εἰπών, καὶ Ἀριστοτέλης τὸν ἐλεφαντιστήν, ἢ παρὰ τὰ
,, κείμενα παρονομάζοντα αὐτόν. οἷον ὡς τὸ σκαφίτην τις ἔφη τὸν τὴν σκάφην ἐρέσ-
,, σοντα, καὶ Ἀριστοτέλης τὸν αὐτίτην οἷον τὸν μόνον αὐτὸν ὄντα. Quo ex genere

videri

videri poteſt eſſe fictio illa nominis, quam in Virgiliano illo verſu,
Cæſa firmabant fœdera porca, Fabius annotauit. Non enim porco di-
xit poëta, quòd vile id eſſet, id eſt, minimè μεγαλοπρεπὴς. Nouata verò
imitatione quæ propriè facta dicuntur, ſic ab eodem Phalereo definiun-
» tur, τὰ δὲ πεποιημένα ὀνόματα, ὁρίζονται μὲν τὰ κατὰ μίμησιν ἐκφερόμενα μὲν πάθους
» ἢ πράγματος. Itaque in illis Græcus ὁμοιότητα, in his μίμησιν dixit: vt du-
bitari iam non poſſit, quæ ſimilitudine, quæ imitatione nouata dicantur.
Poſteriora hæc ab ipſa actione atq; ab imitatione rerum non abhorren-
tia Quintilianus nominat. Inflexione verò nouata dicuntur, inclinata,
ac tam à verbis, quàm à nominibus deriuata: qualia ſunt beatitas, & bea-
titudo, à beando: & Syllaturit, & fimbriatum, & fibulatum, â Sylla, fim-
bria, fibula. Adiunctione nouata dicuntur compoſita, τὰ σύνθετα, τὰ συγ-
κείμενα, ſiue τὰ πεπλεγμένα, ſiue etiã τὰ διπλᾶ: quæ ipſa ſunt hæc, quæ facta
iunctura ſiue coniunctione dicuntur. Chirius Fortunatianus per conge-
minationem nouata dixit. Cuius id verbum facit, vti ſuſpicer apud Cice.
» in Orato. partition. quo loco verba illa leguntur hoc modo, Iuncta, fa-
cta, cognominata, legendum aliter congeminata. Chirius verò tria tan-
tùm genera poſuit nouatorum: quatuor, vt plurima, Cicero: tria Horat.
Etenim Chirius ex græcis tranſlatis noua latina, per congeminationem,
per deriuationem deniq; nouata. Cicero verò & poſteriora duo hæc, &
illa, & ſimilitudine, & imitatione nouata complexus, de græcis facta præ-
termiſit. Horatius deriuata præteriens, efficta ex Græcis, noua planè &
ficta, & adiunctione nouata tantûm cõprehendit. Ego verò ſex eſſe no-
uatorũ genera verborũ conſtituenda arbitror, noua planè & ficta: cuiuſ-
modi fuerunt noĩa rebus primùm olim impoſita, ſimilitudine, imitatiõe,
inflexione, adiunctione verborum, ex Græcis demùm efficta & nouata
verba. Itaque Cicero ea tantùm genera poſuit, quæ licere voluit, quæq;
minus habere videbantur nouitatis ac licentiæ. Horatius verò cùm Po-
etæ plus Oratore licere iudicaret, ea imprimis eſt genera perſecutus, quę
minus libera, minusq; etiã videbantur audenda. Quę F. Quintilianus ferè
„ omnia in. 8. complexus eſt cap. de ornatu. Fingere, inquit Fabius, vt pri-
„ mo libro dixi, Græcis magis conceſſum eſt, qui ſonis etiam quibuſdam &
„ affectib. non dubitauerunt nomina aptare: non alia libertate, q̃ qua illi
„ primi homines rebus appellationes dederunt. Noſtri autem iungendo
„ aut deriuando, paulùm aliquid auſi, vix in hoc ſatis recipiũtur. Nam me-
„ mini iuuenis admodum inter Pomponium & Senecam etiam præfatio-
„ nibus eſſe tractatum, an gradus eliminat, apud Accium in tragœdia dici
„ oportuiſſet. At veteres, ne expectorat quidem timuerunt. Et ſanè eiuſ-
„ dem notæ eſt, exanimat. At in tractu & declinatione talia ſunt, qualia
„ apud Ciceronem beatitas & beatitudo: quæ dura quidem ſentit eſſe, ve-
„ rùm tamen vſu putat poſſe molliri. Nec à verbis modò, ſed à nominibus
„ quoq; deriuata ſunt quædam. Vt à Cicerone Syllaturit, & ab Aſinio fim
„ briatum, & fibulatum. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Ser-
„ gio Flauio, quorũ dura quædam admodum videntur: vt ens & eſſentia:
quæ

„ quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video : niſi quòd iniqui iudices „ aduerſus nos ſumus. Ideoq; paupertate ſermonis laboramus. Et quæ ſequitur. Audiui qui referrent ad diligentem verborum collocationẽ huiuſce loci præceptũ, vt vulgaria & abiecta verba, ſed aptè tamẽ collocata, & numeris adſtricta mirabiliter ſplendeſcāt & placeāt, adeò magnum id eſt, quòd cõiunctio verborum ſiue iunctura efficit. Cuius rei multa Dionyſius Halicarnaſ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, exempla & præcepta colligit. Sed ne iunctura ꝓ ipſa illa iunctione verborũ, quomodo à Cicerone etiam dicitur, ac collocatione ponatur, impedit ipſa Horatij mens & ſententia de nouandis verbis atq; fingendis. Quintilian. iuncturæ quoque verbo vtitur, ſed aliter quidem accepto. Sine iunctura, „ inquit Fabius, deformiter ſonat, vt ſi cum hominibus notis loqui nos „ dicimus, niſi hoc ipſum Hominibus, medium ſit, in pręfata videmur in„ cidere : quia vltima prioris ſyllabæ litera, quæ exprimi niſi labris coë„ untibus non poteſt, aut inſiſtere nos indecentiſſimè cogit, aut conti„ nuata cum inſequente, in naturam eius corrumpitur. Proximum huic eſt Græcum verbum συζυγία, quo Halicarnaſſeus, illam quã dixi verborum iunctionem ſignificans, vtitur. Ipſe verò Horatius pòſt hoc ipſo in libro pro ipſa verborum numeroſa continuatione eſt vſus,

„ *Ex noto*, inquit, *fictum carmen ſequar, vt ſibi quiuis*
„ *Speret idem, ſudet multum, fruſtraq; laboret*
„ *Auſus idem, tantum ſeries iuncturaq; pollet.*

Perſius iuncturæ quoque verbo ſignificare videtur pedum ipſorum in dimetiendo connexionem ex diuerſis vocum diuerſarum partibus: Sunt hæc eius verba Satyra. 1.

„ *Quis populi ſermo eſt? quis enim, niſi carmina molli*
„ *Nunc demum numero fluere, vt per leue ſeueros*
„ *Effundat iunctura vngues?* —

Callidam verò iuncturam hanc & compoſitionẽ eſſe debere ꝑpterea dicit, vt intelligamus, nequaquã id eſſe temerè faciendum, ſed aptè, artificioſeq;. qui ab Ariſtot. in. 3. Rheto. dicitur εὐσύνθετος λόγος. ait enim, „ οἱ δ᾽ ἄνθρωποι τοῖς διπλοῖς χρῶνται, ὅταν ἀνώνυμον ᾖ, καὶ ὁ λόγος εὐσύνθετος. Qua ex cõiunctione ſiue iunctura virtutes exiſtunt illę, quas tres compoſiti verbi Phalereus enumerat, varietas, magnitudo, breuitas.

Si fortè neceſſe eſt Indiciis monſtrare recentib.) Hoc verò de cudendis planeq; nouãdis intelligi verbis debet. Ne religione quadam impediamur, quò minus nouemus aliquid, & faciamus ipſi, quum nos egeſtas linguæ ac ipſa coget neceſſitas. Quod eò fortaſſe libétius, vt id quoq; faciant & conētur alij, monet, quòd in eo ipſe dexter ac mirus eſſet. etenim illum Quintilianus in. 10. & variis figuris, & verbis fœliciſſimè audacem eſſe dicit. Ipſe verò Horat. de Romano iam demũ culto ac polito ſcriptore:

„ *Nam ſpirat tragicum nimis, & feliciter audet.*

E Indicia

Indicia quidē voces ipsæ nouæ dicũtur, ad res indicandas inuentæ atq; allatæ. Verbo quidē ipso Quintilianus in hoc genere est vsus in primo » cap.8. Pransus atq; potus, inquit, diuersum valent, quàm indicant. Et » in.xij.cap.10. Non enim trahentur his illi sapientes, propriè & significanter rem indicare, probatione colligere satis est. Verbum huius generis græcum est σημαίνειν, nomē latino respõdens σημᾶον: quo vsus est » Aristot.libro.6. περὶ ἑρμηνείας οὐδὲ φωναὶ αἱ αὐταί. ὧν μέντοι ταῦτα σημεῖα » πρώτως, ταῦτα πᾶσι παθήματα τῆς ψυχῆς. Quanq̃ etiam σημεῖα signa illa dicantur pronũtiationis ac gestus ipsius. Quo modo accepit idem Aristoteles in poëtica iu extremo penè libro. Recentia verba dicũtur à Fa» bio paulò antè ab aliis inuenta: ait enim in.8.cap.3. Nam & quæ vete» ra nunc sunt, fuerunt olim noua, & quædam in vsu perquàm recentia. » Messala primus reatum; munerarium Augustus primus dixerunt, &c.

Abdita rerum, &) Abundat, &, particula in fine carminis, nec enim erat vllo in manuscripto codice. & sententia, si detrahatur, multò profectò est aptior. Abdita rerum autem dicũtur res penitus abditæ ac retrusæ, quæq; ad ipsius naturę vim penitus cognoscendam pertinent, necdum satis latinis sunt literis explicatæ. de quibus differens Lucretius, multa quoq; ipse inuenit, & finxit, idq; se necessitate adactum facere, non vno loco testatur. *Cinctutis nō exaudita Cethegis*) De industria fecit, vt vocis ἀρχαϊσμῷ cinctutis, vetustatem ipsam indicaret, in qua significanda Cethegorũ & Catonũ solet vti nominibus, vt in primo Epist. ad Florum,

» *Proferet in lucem speciosa vacabula rerum,*
» *Quæ priscis memorata Catonibus, atq; Cethegis,*
» *Nunc situs informis premit, & deserta vetustas.*

Est hic verò militaris habitus, quo sunt vsi primum Gabinij succinctis ad bellũ togis vadentes. Sed & Ouid. cinctutos Lupercos dixit in Fast.

» *Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.*

» *Continget*) Licebit, dabitur. Quintilianus in.10.cap.9. Dicet scripta q̃ » res patietur plurima. & vt Demosthenes ait, si continget, & sculpta. » Par huic græcum est verbum ἐνδέχεσθαι. Xenophon in Hierωne, » Τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις, ἔξεστι τὰς δαπάνας συντέμνειν εἰς τὰ καθημέραν ὅπῃ βούλονται, » τοῖς δὲ τυράννοις οὐκ ἐνδέχεται. Et Aristo.in.2.Rhetor. διόπερ ἐνδέχεται μὴ » τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν γιγνώσκοντας. Eiusdem penè significationis est etiã verbũ aliud γίγνεται nonnunquam. Idem Xeniphõ paulò antè hæc ipsa, » οὐδέ γε θᾶττον γίγνεται τῷ τυράννῳ ἢ τῷ ἰδιώτῃ ὧν ἐπιθυμεῖ.

Dabiturque licentia sumpta pudenter) Nõ abhorrent hæc ab Aristot. sententia. etenim ille in Poëtica omnem hanc singulorum verborũ varie» tatem persecutus, ait: ταῦτα δ' ἐξαγγέλλεται λέξει ἢ καὶ γλώτταις, καὶ μεταφο» ραῖς, καὶ πολλὰ πάθη τῆς λέξεώς ἐστι. δίδομεν γὰρ ταῦτα τοῖς ποιηταῖς. Quam verò moderationē adhiberi hac in re velit, eam ille licentiæ ac pudoris quasi temperatione quadam ostendit. Licentię verò ac impudentię verbis vtitur Cice.in.3. de Oratore de metaphora differens, cuius verba quia

„ quia sunt huic loco aptissima, à me iam ponuntur: Abutimur sæpè etiã „ verbo non tam eleganter, quàm in transferendo: sed etiamsi licentius, „ tamen interdum non impudenter, vt cùm grandem orationem pro „ magna, minutum animum pro paruo dicimus. Pudenter autẽ ac pudens, vt moderatũ ac moderatè, sic ferè ab optimis scriptoribus accipi vsurpariq; video. à Catullo in Hendecasyllabis ad Aurelium,

„ *Aureli, veniam peto pudentem* Et aliquanto pòst,

„ *Hoc vnum excipio, vt puto pudenter.*

Et Afranius, vt quidem citat Carisius, in Emancipato, Malo pudenter mentientẽ. Aut sic pudenter accipiamus, vt in translatione verecundè. Verecundè enim nos alienis vti vult Cicero: quã verecundiã præ nobis ferentes, verbum durius translatũ, aut nouatum præposito verbo mollimus, vel cùm, vt ita dicam, vel, vt ita liceat dicere, præponimus. Sumpta igitur licentia pudenter dicatur, vel præposito quasi fulta verbo, vel etiam parcè nec audacter sumpta. quod enim verecũdè, id ferè „ parcè moderateq; fit etiam. Ergo, inquit in Orat. Cicero, Ille tenuis „ Orator modò sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in trans„ ferendis verecundus & parcus. ac Fortunatianus, Vt nouemus, inquit, „ verba; quæ tamen parcius debemus attingere. Sed est eodem iterum modo locutus Horat. in. 1. Epist. ad Sæuam,

„ *Distat sumásne pudenter, An rapias.* —

Fictaque nuper) Quæ à Quintiliano recentia dici, suprà demonstraui. *Habebunt verba fidem)* Probabuntur. Simile huic illud Martialis,

„ — *Accepit fabula prisca fidem.*

Græco fonte cadant parcè detorta) Ex Græcis ficta & formata, quorum exempla suprà posui. parua mutatio tẽporis in verbo Cadant, in nonnullis manuscriptis libris, Cadent, erat. *Quid autem)* Posterior particula Autẽ, ad indignationẽ pertinet, qđ multis sanè exemplis ꝓbari potest. *Virgilio Varoque dabit)* Illis sicut his non licebit? Nihil tam iniquo animo tulisse videtur Horatius, quàm illius temporis hominũ fastidium in cõtemnendis nouis scriptoribus, cùm veteres contrà extollerent, & admirarentur. In hanc ferè sententiam nec minus acerbè etiam multa scribit idem in. 2. Epist. ad Augustum. Virgilius aũt & Varus poetę præstantissimi Augusto fuerunt longè carissimi. Dilecti (ait idem in Epist.) „ tibi Virgilius Varusq; poëtæ. Sunt verò Virgilius & Varus, nõ Vergilius & Varius scribenda nomina, siqua fides est antiquissimis abhibenda codicibus. Nam & Virgilio, vt ille ait, nomẽ nobile virga dedit, & numisma quod cum poëtæ ipsius effigie perantiquum sum nactus, ita scriptũ præ se fert poetæ nomen. *Si possum inuideor)* In antiquis, Si possim, leui mutatione. Inuideor de eorum est genere verborũ, quæ ex græcis conficta sunt. est enim id græcè φθονοῦμαι. Xenophõ in Hierone, νικῶν „ γὰρ οὐκ ἂν θαυμάζοιο, ἀλλὰ φθονοῖο, ὡς ἀπὸ πολλῶν οἰκῶν τὰς δαπάνας ποι„ ούμενος. Ab inuideor factũ etiam passiuũ inuidendus. Horat. in. 2. Carm.

,, *Auream quisquis mediocritatem*
,, *Diligit, tutus caret obsoleti*
,, *Sordibus tecti, caret inuidenda*
,, *Sobrius aula.* Et in . 3.
,, *Cur inuidendis postibus, & nouo*
,, *Sublime ritu moliar atrium?*

Cùm lingua Catonis & Enni) In manuscripto quodam, Cur lingua Catonis, &c. Non mala quidem sanè sententia. Cur illi ditauerint, mihi si possim, non liceat? M. verò Porcius Cato ab Ennio est, vt ait Plinius de viris illustribus, Græcis literis institutus. *Et noua rerum nomina protulerit)* Proferre verbum ad nouitatẽ pertinens, & ad hanc ὀνομοθεσίαν siue ὀνοματοποιίαν. Idem enim pòst,

,, *Quam si proferres ignota indictaque primus.*
,, Et in. 2. Epist. ad Florum, pro eruere,
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum.

Nomina verò, verba ipsa dicuntur omnia, quemadmodum Gręcè etiam dicuntur ὀνόματα. *Signatum præsente nota producere nomen)* Translatio ab re nummaria. Præsens verò nota, noua est accipienda. Virgil. in. 5.

,, — *Miserum inter amorem Præsentis terræ.* —

Phauorinus apud Gellium præsentib. verbis adolescentẽ quendam loqui iubet. Præsente nota signatis in eadẽ translatione opponi possunt
,, publica moneta signata. Fortunatianus in. 3. Vir perfectissimus, inquit,
,, dixit, verbis vtendum est, vt numis publica moneta signatis. Vsus eadem est translatione Iuuenalis Saty. 7. de poëtis hæc scribens,

,, *Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,*
,, *Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui*
,, *Communi feriat carmen triuiale moneta.*

Producere quoque verbum nõ minus ad nouitatem significandã pertinet, quàm proferre, de quo suprà Horat. in eadem illa ad Florum Epist.

,, *Asciscet noua, quæ genitor produxerit vsus.*

Hic tamen in manuscripto non producere, sed procudere. Ferri & placere etiam vtrumque potest.

Vt syluæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas:
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentque.
Debemur morti nos, nostraque: siue receptus
Terra Neptunus, classeis Aquilonibus arcet

Regis

Regis opus, sterilisque diu palus, aptaque remis
Vicinas vrbeis alit, & graue sentit aratrum:
Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis
Doctus iter melius. mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax.
Multa renascentur, quæ iam cecidere: cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi.

Ab exemplis & auctoritate maiorum licere verba nonnulla innouare ac fingere, superioribus illis versibus, nũc à similibus, iisq́ partim quidem paribus, partim verò etiã aliter cõparatis id ipsum probat & conficit. Sed priore similitudine cęteri poetę variè sunt vsi, alius in hoĩum ortu interitu'q́ perpetuò declarãdo, is est Homerus, cuius in Iliad. 2. Versus hi sunt,

„ Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
„ Φύλλα, τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
„ Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίνεται ὥρη.
„ Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡδ' ἀπολήγει.

Alius dum formæ ipsius & excellentis pulchritudinis boni quidem caduci fragilitatem miseramq́ conditionem exprimit, is est Virgilius.

Pronos mutantur in annos) Proni nimirum dicuntur anni, quos Sol in signifero orbe illo decliui & commentitio, spatio quasi quodam decurso conficit. Par quoq́ ratio mensium, ad quos ipse in. 4. Carm. idem addidit,

„ *Rite Latonæ puerum canentes,*
„ *Rite crescentem face noctilucam,*
„ *Prosperam frugum, celeremq́ pronos*
Voluere menses.

Prima cadunt) Id est Græcè φυλλοῤῥοεῖν, Quo verbo & Aristot. in libris ἀναλυτικῶν ὑστέρων, & Eustathius explanãs Homericos illos versus vtũtur, & quid id sit, Eustathius docet. *Debemur morti nos nostraque*) Citantur hi tres versus à Prisciano, eò scilicet, vt ostendat inueniri apud Horatium nomen Palus, udis, us, vltima correpta syllaba. sed in manuscriptis ferè omnibus Prisciani libris, Debemus, legebatur.

Receptus Terra Neptunus) Fabius Quintil. in. 8. cap. 6. hæc Horatĳ verba pro μετωνυμίας siue ὑπαλλαγῆς exemplo ponit. Achilles Statius Alexandrinus in. 1. de Leucippes & Clitophontis amoribus portus huiusmodi siue stationes duas, alteram verno, alteram hiberno tempore, mari etiam intro admisso recipiendis tutandisq́ manibus idoneas in vrbe Sidone fuisse

fuisse cōmemorat. *Sterilisq; diu palus*) Aduerbium diu eam vim habet hoc loco, quam ferè græca aduerbia præpositis articulis. ἢ πάλαι, ἢ πολὺν χρόνον. ita vero sterilis palus ab Horat. dicitur, vt ab Homero ἀτρύγετος ipsum mare. Id vetustas ipsa facit, vt eadē rerū facies durare diu nō possit. qua de re verba faciēs Pythagoras apd Ouid. in. 15. metamorph. ait,

,, *Quodq; fuit campus, vallem decursus aquarum*
,, *Fecit, & eluuie mons est deductus in æquor,*
,, *Eq; paludosa siccis humus aret arenis.*

Doctus iter melius) Auersus & de pristino cursu aliò deductus. Docēdi verbo in hoc genere idem vtitur in. 1. Epist. ad Villicum, his versibus,

,, *Addit opus pigro riuus, si decidit imber,*
,, *Multa mole docendus aprico parcere prato.*

Mortalia facta peribunt) Coniugata nimirum hæc sunt, quæ dicuntur, si non verbo, at certè sententia. quod perinde est, ac si dixisset, mortalia facta morientur. eleganter verò & eadem verborum inclinatione & sententia dixit Lucianus θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν.

Nedum sermonum stet Honos & gratia viuax) A maiori cōclusum. Quæ diuturniora videntur, ea tamen ætas conficit: permaneant autem hæc integra diuq; victura, quæ multò sunt infirmiora?

Multa renascentur) Cōuenit hoc cū eo quod in eius est epist. ad Florum,

,, *Obscurata diu populo, bonus eruet.* —

Accommodari ad hæc potest illud Statij Papinij è primo Syluarum,

,, *Sic rerum series, mundiq; reuertitur ætas.*

Si volet vsus) Vsus & ratio vsitata sunt ac trita veteribus Grammaticis vocabula. Rationi ferè apud illos Vsus opponitur. etiam consuetudinē vsum ipsum nonnunq̄ Carisius appellat. Certè Cicero hoc est vsus
,, verbo eodem prorsus modo, in. 14. oratione in Antonium: His enim,
,, inquit, vitiis affectos & talibus, malos & audaces appellare cōsuetudo
,, solet. à Græcis hæc συνήθεια dicitur. Aristoteles in Poëtica τὸ ἔθος τῆς λέξεως nominat. quo sanè more & consuetudine multa excusare potest poëta. id est autem apud Ciceronem populariter loqui.

Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi) Translationes ipsæ verborū notæ sunt. Pertinet ad hanc quoq; sententiā, quod apud Gellium Phauorinus in adolescēte nimis antiquè & obscurè loquēte reprehendit. Id est apud illum in primo cap. 10. Sed quod normam dixit, tantum verò etiā Phalereus consuetudini tribuit, vt in translationib. quo-
,, que quasi pro regula ac norma quadam haberi velit. τοῦτον ἐγὼ, inquit,
,, κανόνα τίθεμαι τῆς ἐν λόγοις μεταφορᾶς, τὴν τῆς συνηθείας τέχνην, ἤτε φύσιν.

Res gestæ regumque, ducumque, ac tristia bella,
Quo scribi possunt numero, monstrauit Homerus.

Versibus

Versibus impariter iunctis querimonia primùm,
Pòst etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

De verbis quidē quantū vel ad Pisones ipsos, vel ad monendos illius temporis Poetas satis esse duxit, tantum quoq; posuit. Nunc verò de poëmatū generib. quæ sit cuiusq; propria materia, quis χαρακτὴρ, siue, vt Aristot. vocat, τὸ ἁρμόττον, exponit. ne videlicet errore turpissimo res huius generis proprias, illo altero alienissimo persequamur. Credo ego quæ Q. Lęlius, referente Sosipatro Carisio, de vitiis & virtutibus poematorum scripserat, hoc de genere fuisse. Res gestas igitur & fortia facta regum ducumq; cui carminis generi mandare oporteat, Homerus poëta præstantissimus bellum Troianum illud, & Vlyssi errores ærumnasq; præclaro sanè epici carminis exemplo docuit. Cur hoc autē genere potius, quàm quouis alio, causas in poëtica reddit Arist. his verbis
» Τὸ δὲ μέτρον τὸ ἡρωϊκὸν ἀπὸ τῆς πείρας ἥρμοσεν. εἰ γάρ τις ἐν ἄλλῳ τινὶ μέτρῳ
» διηγηματικὴν μίμησιν ποιοῖτο, ἢ ἐν πολλοῖς, ἀπρεπὲς ἂν φαίνοιτο. τὸ γὰρ ἡρωϊ-
» κὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστί. διὸ καὶ γλώτταις καὶ μεταφο-
» ραῖς δέχεται μάλιστα. περιττὴ γὰρ καὶ ἡ διηγηματικὴ μίμησις τῶν ἄλλων. τὸ δὲ ἰαμ-
» βικὸν καὶ τετράμετρον κινητικὰ καὶ τὸ μὲν ὀρχηστικὸν, τὸ δὲ πρακτικόν. ἔτι δὲ ἀ-
» τοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ, ὥσπερ Χαιρήμων. διὸ οὐδεὶς μακρὰν σύστασιν ἐν ἄλ-
» λῳ πεποίηκεν, ἢ τῷ ἡρώῳ. ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴπομεν, αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει τὸ ἁρμόττ-
» τον αὐτὸ διαιρεῖσθαι. Plutarchus quoque in libello de Musica Homerum huius primum generis repertorem fuisse dicit, vt Orpheum Lyrici.
» Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, inquit, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη. Fabius in. 10. de Stesichoro poëta lyrico scribens, quæ sit epici poëmatis propria materia declarat,
» Stesichorus, inquit, quàm sit ingenio validus, materiæ quoque osten-
» dunt, maxima bella, & clarissimos canentem duces, & epyci carminis
» onera lyra sustinentem. & Horat. de Pollione in .1. Satyr. 10.

» — *Pollio regum*
» *Facta canit, pede ter percusso forte epos acer*
» *Vt nemo Varius ducit.* —

Et tristia bella) Tristia bella Horat. dixit, Virgiliū, crèdo, imitatus in Sileno
» *Hæc ego (namq; super tibi erunt, qui dicere laudes*
» *Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)*

Atque in. 7. Æneid. lachrymabile bellum similiter vocat,
» *Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,*
» *Hircanisve, Arabisve parant!* —

Horat. in. 1. Carm. bellum lachrymosum dixit.

Quo scribi possint numero) In manuscriptis aliquot, Quo inscribi possint

sint numero, vt sit quo in numero, quod est quidem putidiusculum: vnà verò voce Inscribi, ne sic Horatiū scripsisse putem, facit eiusdem versus in Epistola quadam ad Florum, ille,

Quis sibi res gestas Augusti scribere sumat?

Itaq; versibus scribi res gestas ab eodē, & cæteris, nō inscribi dicuntur. *Versibus impariter iunctis querimonia primum*) Sosipater Carisius lib. 2. Impariter, inquit, Horatius Epistolarū, versibus impariter iunctis. Vbi Terent. Scaurus in Comment. in artem poeticam, lib. 10. Aduerbium, inquit, figurauit. Elegia verò vnde dicta sit, multis id quidem verbis Diomedes ostendens, hunc tamē eius olim proprium fuisse χαρακτῆρα demonstrat, mortuos videlicet in ipsa pompa ac funere deflere. Græci hæc μέλη dicta fuisse narrant elegidia, quòd in Lesbo Musas ipsas ad funera conuenire & lamentari solitas Mysimblus scripserit. Ouidius nominis originem notationemq; demonstrans, in ea Elegia, qua Tibulli mortem deflet, sic scribit,

Flebilis indignos Elegëia solue capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Et in Saphus ad Phaonem Epistola,

Flendus amor meus est, elegi flebile carmen,
Non facit ad lachrymas Barbytos vlla meas.

Impariter autem iūnctos versus, quòd dicit, variè quoque cæteri Poëtæ elegos ipsos bellis omnino circuitionibus indicarūt. Qua de re apud Nasonem tota est prima Elegiarum omnium. Et in. 3. versus illi,

Venit odoratos elegeia nexa capillos,
Et puto pes illi longior alter erat.

Statius verò, lib. 1. Syluar. in Stellæ & Violantillæ Epithalamio,

— Sed præcipuè qui nobile gressu
Extremo fraudatis opus. —

Post etiam inclusa est voti sententia compos) Id est, res omnino querimoniæ contrariæ. Sed est in antiquis libris verborum summutatus ordo, Sic, Post etiam voti inclusa est, &c. *Grammatici certant*) Ea de re Terentianus, quod ab aliis acceperat, tradidit hisce versiculis,

Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor,
Quidam non dubitant dicere Callinoum.

Aliŋ Polymnestum, aliŋ Theoclem Naxium, siue Eretriensen auctorem faciunt: verùm Plutarch. quosdam ad Archilochum referre auctorem scribit in libr. de Musica. Ἀλλὰ μὴν, inquit, καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν μέτρων ῥυθμοποιΐαν προσεξεῦρε, καὶ τὴν εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔντασιν, καὶ τὴν παρακαταλογὴν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα κροῦσιν, πρώτῳ δὲ αὐτῷ τά τε ἐπῳδὰ καὶ τὰ τετράμετρα, καὶ τὸ προκριτικὸν, καὶ τὸ προσοδιακὸν ἀποδέδοται, καὶ ἡ τοῦ πρώτου αὔξησις, ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ τὸ ἐλεγεῖον, &c. Ipse verò Plutarch. siue Terpandrum,

drum,ſiue Clonam potius auctorem fuiſſe mihi videtur affirmare. eius
,, in eodem libro verba ſunt, ὁμοίως δὲ τερπάνδρῳ κλονᾶν τὸν πρῶτον συστησά-
,, μενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσῴδια ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γε-
,, γονέναι, καὶ πολύμνηστον τὸν κολοφόνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς
,, χρήσασθαι ποιήμασιν.

Sub iudice lis eſt) Tranſlatũ hoc à Iure ciuili, vt verbũ quoq; ipſum, Certare, quo hîc vtitur. In .2. enĩ Serm. Sat. 5. in hoc genere certãdi verbo
,, vtitur, *Magna minorve foro ſi res certabitur olim.*

Quæ verò ſub iudice lis eſſe ab Horatio dicitur, eam litem pendentem Iureconſulti vocant.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo,
Hunc ſocci cepere pedem, grandesque cothurni,
Alternis aptum ſermonibus, & populareis
Vincentem ſtrepitus, & natum rebus agendis.
Muſa dedit fidibus Diuos, puerosque Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Archilochus atrociſſimis & infeſtiſſimis eſt vſus iambis ipſis in Lycamben ſocerum, cuius iamborum & Pauſanias in .7. Achaic. & Ariſtot. in .3. Rhet. & Herodotus, & Plutarchus meminêre. Socerum Archilochi Lycamben facit Horatius in primo Epiſt. ad Mecœnatem. ait enim,

,, *Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho:*
,, *Temperat Alcæus, ſed rebus, & ordine diſpar.*
,, *Non ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris,*
,, *Nec ſponſæ laqueos famoſo carmine nectit.*

Cicero in .2. Epiſt. ad Atticum, Archilochia edicta Bibuli, pro acerbis & contumelioſis dixit. Quintiliani verò de Archilochi ipſius Iambis verba
,, ſunt in .10. Itaq; ex tribus receptis Ariſtarchi iudicio ſcriptorib. Iambo-
,, rũ, ad ἕξιν maximè pertinebit vnus Archilochus. Summa in hoc vis elo-
,, cutionis, cùm validæ, tũ breues vibrantesq; ſententiæ, plurimũ ſanguinis
,, atq; neruorũ, adeò vt videatur quibuſdã quòd quoquã minor eſt, ma-
,, teriæ eſſe, non ingenij vitiũ. Et Terentiani de Archilochio Iambo hæc,

,, *Adeſto iambe præpes, & tui tenax*
,, *Vigoris, adde celer pedem,*
,, *Nec alterius indigens opis veni,*
,, *Sed ipſe verus integerq; geſtiens:*

,, *Adusta felle qualis antè carmina*
,, *Dabas amarus, vltor impotens tui.*

Hunc socci cepêre pedê) Deriuatus deinde est ĩ comœdias & tragœdias. *Alternis aptum sermonib.*) Loci sunt insignes de iambico pede apd' scriptores grauissimos, Aristotelem, Demetrium Phalereum, Ciceronem, Horatium, Quintilianum, inter quos id omnino conuenit, esse iambum orationi simillimum, & suapte natura in cottidianum sermonem incurrere. Aristot. in poëtica, Λέξεως δὲ γενομένης, αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρε. μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖον ἐστι. σημεῖον δὲ τούτου, πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις, καὶ ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας. Et in. 3. Rhet. ad Theodect. ὁ δ' ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις, ἡ τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. Demetrij verba sunt, ὁ δ' ἴαμβος εὐτελὴς, καὶ τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος, πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν οὐκ εἰδότες. Cicero in. 3. de Orat. Iambum & Trocheum frequentem segregat ab oratore Aristoteles Catule vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem, sermonemq́ue nostrum, sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, &c. Et in Orat. Et sunt enim qui iambicum putent, quòd sit orationi simillimus, qua de caussa fieri, vt is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, quòd ille dactilicus numerus exametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. Quintiliani verba sunt in. 9. Et Herous, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior, Iambus humanior videtur. Sed quemadmodũ λεκτικὸν iambum dicit Aristoteles, quòd orationi & sermoni sit aptissimus, sic quoq; Demetrius hunc λογικὸν eadem de caussa, cæteros οὐ λογικοὺς esse dicit. Vt hic autem sermones alternos, sic in Epist. ad Augustum versus alternos idem appellat,

,, *Fescenina per hunc inuenta licentia morem,*
,, *Versibus alternis opprobria rustica fudit.* Id est, versibus quos inter se mutuò reddebant & respondebant inconditos. Apud Ouid. tamen in epist. Sapphus ad Phaonem versus elegiaci sic indicantur,

,, *Forsitan & quare mea sint alterna requiris*
,, *Carmina, cùm lyricis sim magis apta modis.*

Et populares vincentem strepitus) Celeritas (vt scribit Aristot.) acumen soni gignit, tarditas grauitatem: Iambi verò numeri sunt celerrimi (dicuntur ẽm citi ab eo) & acutissimi. propterea & audiendi sensum multò cęteris acrius ferientes. Vincunt igitur populares strepitus, id est, audiuntur multò facillimè. Sed quoniam hunc locũ ab interpretibus video vel præteriri, vel non intelligi, & vincendi verbum aliò ac huius loci requirit sententia, detorqueri: adscribam simillimos horum versus eiusdem alios in Epist. ad Augustum,

,, *Scriptores autem narrare putaret asello*

Fab

,, *Fabellam ſurdo. nam quæ peruincere voces*
,, *Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?*
,, *Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,*
,, *Diuitiæque peregrinæ, quibus oblitus actor,*
,, *Cùm ſtetit in ſcena, concurrit dextera læuæ.*
,, *Dixit adhuc aliquid? nil ſanè. quid placet ergo?*
,, *Lana Tarentino violas imitata veneno.*

Etenim peruincendi verbo in his verſibus, vt vincendi hoc loco vtitur. Eodem ferè modo Cicero ipſo hoc verbo in.5.de finibus vtitur in
,, his verbis. Quo in loco, ad fluctum, aiunt, declamare ſolitũ Demoſthe-
,, nem: vt fremitum aſſueſceret voce vincere. Ad hunc ipſum theatralem
,, ſonitum pertinent illi quoque verſus Martial. in.9.
,, *Mitior in magno clamor furit amphitheatro*
,, *Vincenti parmæ cùm ſua turba fauet.*

Rebus agendis) Τοῖς δράμασιν, aut πρὸς τὴν μίμησιν, aut πρὸς τὰς μιμήσεις δραματικάς. *Muſa dedit fidibus*) Traditur lyrici poëmatis χαρακτὴρ, omnésque materiæ. Muſa verò ab Horatio ferè dicitur literarum dea aliqua & præſes, vt agrorum Ceres. Idem pòſt,
,, *Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo*
,, *Muſa loqui.* — Et in primo Epiſt.
,, — *Fidibúſne Latinis*
,, *Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa?*

Et in Virgilianis, vt putantur, luſibus in cantu Syrenum,
,, *Illarum voces, illarum muſa mouebat*
,, *Omnia.* — *Fidibus*) Lyricis verſibus. Fidicines ab Horatio lyrici poëtæ dicuntur, in primo Epiſt. Ad Mecœnatem,
,, *Hunc ego non alio dictum prius ore, Latinis*
,, *Vulgaui fidicen.* —

Pueroſque deorum) Τῶν θεῶν παῖδας. Idem alibi,
,, *Dicàm & Alciden, pueroſque Ledæ.* Atque alibi,
,, *Rite Latonæ pueros canentes.* Sed ſunt hæc propria τῆς ὑμνογραφίας. Qua de re Menander agens Rhetor, iiſdem penè verbis Græcè dixit, πεπλασμένοι δὲ ὅταν σωματοποιῶμεν, καὶ θεὸν, καὶ γονὰς θεῶν ἢ δαιμόνων. Et in Hiſtoria Polybius vtrumque ſimiliter coniunxit. ait
,, enim, ἅμα δὲ καταστροφὴν οὐ δυνάμενοι λαμβάνειν, οὐδ' ἔξοδον τοῦ ψεύδους,
,, θεοὺς, καὶ θεῶν παῖδας εἰς πραγματικὴν ἱστορίαν παρεισάγουσι.

Et pugilem victorem, & equum certamine primum) Duo complexus est genera sacrorum certaminum, quæ solent hoc genere carminis maximè celebrari, equestre, & athletarum, qualia ferè omnia fuerint Olympica. Xenophon in Hierone tria genera cõmemorat, & vix certè plura sunt reliqua. eius verba sunt, ἐννόησον ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλων ὠνοῦνται. ὁρᾷς ἐν ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς καὶ χορηγικοῖς ἀγῶσιν, ὡς μικρὰ ἆθλα μεγάλας δαπάνας, καὶ πολλοὺς πόνους, καὶ πολλὰς ἐπιμελείας ἐξάγεται ἀνθρώπων; Sunt igitur equorum, Athletarum, literatorũ certamina ferè omnia Olympica. ea Simonides in epigrãmate quinque numerat. Sed illustrabunt, opinor, hunc locum versus omnino similes, eademque penè exprimentes illi eiusdem è.4. Car. Pindarũ collaudantis,

Seu deos, regesque canit, deorum
Sanguinem, per quos cecidere iusta
Morte Centauri, cecidit tremendæ
Flamma Chimæræ:
Siue, quos Elea domum reducit
Palma cælestis: pugilemque, equumque
Dicit, & centum potiore signis
Munere donat.
Flebili sponsæ iuuenemve raptum
Plorat, & vireis, animumque, moresque
Aureos deducit in astra, nigroque
Inuidet Orco.

Pugilem victorem) τὸν ἀθλητήν. Quid autem interpretum cuidam venit in mentem vt, Victorem, ad equum, non ad pugilem retulerit? nam si hoc, quò tandem referendum est id quod sequitur, Certamine primũ?

Et *equum certamine primum)* ἀγωνιστικοὺς ἵππους appellat Pausanias, qui ad certamen illud adhiberentur Olympicũ. Theognis equam certatricẽ Græcè ἀεθλίην. ait enim ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη. Virgil. in 3. Georg. equum imprimis illum probat, qui victus doleat, glorietur aũt victor,

Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.

Nec si victor equus appellaretur, dura esset hæc Metonymia, vt illi videtur, cùm & à Virgilio victum mollissimè dici videamus.

Et *iuuenum curas)* Amores. Virgil. in Gallo,

Galle, quid insanis? inquit. tua cura Lycoris
Perque niues alium, perque horrida castra secuta est.

Et Horat. in. 2. Carm. in Barinen.

Pul-

" *Pulcrior multò, iuuenumq́; prodis*
" *Publica cura.*

Libera vina) Conuiuia. liberi enim ferè ſumus in conuiuiis. Cic. in. 2. de
" Orat. Quartum obſcœnitas non ſolùm non foro digna, ſed vix conui-
" uio liberorum.

Deſcriptas ſeruare vices, operumq́; colores,
Cur ego, ſi nequeo, ignoroq́;, poëta ſalutor?
Cur neſcire pudens prauè, quàm diſcere malo?

Nimirum ſapere hoc eſt, hæc inquam vera poëtæ laus, propriam cuiuſque generis nouiſſe materiam. nec temere diſtincta genera confudiſſe rebus. *Deſcriptas ſeruare vices*) Deſcribendi verbum tranſlatum à pictura, quanquam deſcriptæ vices ita eſſe dici poſſunt, vt regiones quoque deſcriptæ, quam quiſque tueatur, à Cicerone dicuntur. & à Quinto Cicerone in Cõmentario de petitione Conſulatus, ſuum cuiq; deſcriptum munus ac diſpoſitum. Vices autem munera ipſa dicuntur, & officia propria rei cuiuſq;, quo verbo ad hunc ſanè locum accõmodatè
" Quintil. eſt vſus in prooemio lib. primi, Nam cæteri ferè, inquit, qui ar-
" tem orandi literis tradiderunt, ita ſunt exorſi, quaſi perfectis omni alio
" genere doctrinæ, ſummam in eloquentia manũ imponerent: ſiue con-
" temnentes tanquã parua, quæ prius diſcimus, ſtudia: ſiue non ad ſuum
" pertinere officium opinati, quando diuiſæ profeſſionũ vices eſſent. Ma-
lo enim diuiſæ, quàm diuerſæ legere, quod in hoc genere idem omnino valet quod verbum deſcribere. *Operumq́; colores*) Sumptum id quoq; à pingendi arte, non eñ eodem colore ſunt opera depingenda omnia. itaq; quã metaphorã inceptarat, eam perpetuauit elegãtiſſimè. Nam & opus & color illius quoq; ſunt artis propria. *Poëta ſalutor*) Hũc ſalutandi & appellandi inter ſe morẽ poëtarũ irridet idem in. 2. Epiſt. ad Florũ,

" *Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?*
" *Quis mihi Callimachus? ſi plus adpoſcere viſus,*
" *Fit Mimermnus, & optiuo cognomine gaudet.*

Cur neſcire pudens prauè) Quæ malùm eſt iſtæc amentia? ignorare, quàm doceri malumus? nósne, quod eſt ſcripturis imprimis vtile & neceſſarium, pudeat diſcere? O prauum & ruſticum pudorem! ò ſtultũ & improbum dignumq́; notari! Idem pòſt,

" *— Mihi turpe relinqui eſt,*
" *Et quod non didici, ſanè neſcire fateri.*

Verſibus exponi tragicis res comica non vult,
Indignatur item priuatis, ac prope ſocco

Dignis carminibus narrari cœna Thyeste.
Singula quæque locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen & vocem Comœdia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore,
Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Iterum atque iterum & sæpius monet, ne genera permisceamus, &
conturbemus inscientissimè. quod quidem faceremus, si quod est comi-
,, cum, tragœdiæ committeremus. Nam & in tragœdia, vt inquit Cicero
,, in principio libri de Opt.gen.orat., comicum vitiosum est, & in comœ-
,, dia turpe tragicū. Quintilianus verò in.x.cap. De imitatione, versus hos
Horatianos, ac verba Ciceronis illa ante oculos mihi videtur habuisse
,, hæc scribens, Id quoque vitandum in quo magna pars errat, nec in ora-
,, tione poëtas nobis & historicos, in illorum operibus oratores aut de-
,, clamatores imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suus decor est:
,, nec Comœdia in coturnos assurgit, nec contrà Tragœdia socco ingre-
,, ditur. Exponi autem Grçcè est ἐκτίθεσθαι & ἐκφέρεσθαι. Arist. in Poët. καὶ γὰρ
,, ἂν ἰατρικὸν ἢ μουσικόν τι διὰ τῶν μέτρων ἐκφέρουσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν.

Indignatur item priuatis) Aliud verborum genus desiderāt res grauis-
simæ tragicæ. Nullum enim scripti genus tragœdia maius aut grauius.
Ouidius in secundo de Tristibus,

,, *Omne genus scripti grauitate Tragœdia vincit.*

Vtinam extarent hodie libri illi Didymi τραγῳδουμένης λέξεως, quorū Ma-
crobius in.5.Satur.meminit. intelligeremus enim melius ex illis quę tra-
gœdię phrasis esset, ac rebus apta dictio. *Ac propè socco, Dignis carminib.*)
Humile siquidem est & abiectum genus verborū in comœdia, adeò vt
dubitarint nonnulli, esset poëma comœdia, nécne. Qua de re sunt ele-
gantissimi versus Horatiani in primo Sermonum, Satyra quarta,

,, *Idcirco quidam Comœdia, nécne poëma*
,, *Esset, quesiuêre: quòd acer spiritus, ac vis*
,, *Nec verbis nec rebus inest: nisi quòd pede certo*
,, *Differt sermoni sermo merus. at pater ardens*
,, *Sæuit, quòd meretrice nepos insanit amica*
,, *Filius: vxorem grandi cum dote recuset,*
,, *Ebrius & (magnum quod dedecus) ambulet ante*
,, *Noctem cum facibus. Nunquid Pomponius istis*
,, *Audiret leuiora pater, si viueret? ergo*
,, *Non satis est puris versum perscribere verbis,*

Quem

„ *Quem si dissoluas, quiuis stomachetur eodem*
„ *Quo personatus pacto pater. —*

Singula quæque) Lucretius ipse quoque sic loquitur,

„ *Atque ideo fit, vti non tam diducta repente,*
„ *Inter se poßint primordia singula quæque*
„ *Singula per cuiusque foramina permanare.*

Interdum tamen) Non quin grandioribus aliquando verbis assurgat Comœdia, in iis rebus præsertim, quæ Comœdiæ sunt cum Tragœdia communes. Sunt autem communes affectus, ira, dolor, qui in vtro erūt scripti genere, colorem semper verborum habebunt suum. Id enim est, quod verbis illis suis, quæ suprà posui, subiicit statim Quintilianus: Ha„ bet tamen, inquit, omnis eloquentia aliquid commune. id imitemur, „ quod commune est. *Sermone pedestri)* Græcè verbum de verbo si exprimimus πεζῷ λόγῳ, nec tamē prosam orationē omnino intellgi voluit, sed ei simillimam metricam, is est sermo comicus & tenuis: quanquam is, quo Satyrici vtuntur, pedestris etiam est atque humilis. Idem in ea Satyra, è qua superiores sunt illi versus,

„ *— Nec si quis scribat vti nos*
„ *Sermoni propriora, putes hunc esse poëtam.*

Ac Satyricum genus hoc, pedestrem musam vocat idem in. 2. Ser. Sat. 6.

„ *Ergo vbi me in montes, & in arcem ex vrbe remoui,*
„ *Quid prius illustrem Satyris, musaq́ pedestri?*

Telephus & Peleûs, cùm pauper & exul vterque,
Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querella.
Non satis est pulcra eße poëmata, dulcia sunto:
Et quòcunque volent animum auditoris agunto.

Tres priores versus variè leguntur & distinguuntur. alij enim simul coniungunt & interrogationis afficiunt nota, ea quidem sententia: Cur Telephus & Peleus calamitatibus afflicti, ampullas tamē verborum iaciunt, & eorum etiam in summis malis insolens est ac tumida oratio? Quam vt sententiam efficerent, cùm, particulam in, cur, mutarūt videlicet, refragantibus vetustissimis quibusque codicibus. Sed quod proiicere, idem quod abiicere siue reiicere significare nō posse sunt arbitrati, ideo mihi lectionem videntur mutasse veterem, quę tamen sit omnino retinenda. Sed est profectò id quoque proiicere, vt quæ abiicimus, ea quoque dicamur commodè latinè proiicere. Virg. in. 6.

„ *Proiice tela manu sanguis meus. —*

Ampul-

Ampullas) A quo deduxit idem verbum Ampullari in.1.Epist.ad Florũ,

„ *Nec tragica desæuit & ampullatur in arte.*

Et sesquipedalia verba) ἁμαξιαῖα quæ dicuntur, vel est ad pronunciationis moram potius referendum. *Si curat*) Sic plerique manuscripti libri. quidam secunda persona, curas: quod si malis, non cum superiorib. sed cũ sequentibus duobus coniungi debet. mihi verò prior lectio multò arridet magis. *Non satis est pulcra esse poemata, dulcia sunto*) Locum egregium, necdum satis, vt opinor, à quoquam intellectum. Videntur enim quæ pulcra sint, ea esse quoque dulcia debere, sed non sunt tamẽ. Etenim pulcra dicuntur illa, quę possint ab alia quauis re potius laudari, quàm ab orationis & verborum apta ad rem eleganti variaq́ complexione quasiq́ modulatione quadam, id est sententiarũ varietate. Vt enim oratio sit ipsa per sese splendida, abesse tamen ab ea & mores, & sententiæ possunt. Pulcra enim poemata, quæ hic dicuntur, credo ego Aristotelem eadem penè sententia λαμπρὰν λέξιν Græcè dicere, quam in ignauis quibusdam & quasi segnescentibus operis partibus, vbi nihil est neque moratum, neque sententiosum, adhibendam monet. verba illius

„ hæc sunt, τῇ δὲ λέξει δεῖ διαπονεῖν ἐν τοῖς ἀργοῖς μέρεσι, καὶ μήτε ἠθικοῖς, μήτε

„ διανοητικοῖς. ἀποκρύπτει γὰρ πάλιν ἡ λίαν λαμπρὰ λέξις τά ἤθη, καὶ τὰς διανοίας.

Sed ponam hic versus eiusdem è Sat.10. lib.1. in quibus pulcra dici videntur ea poëmata, quæ sint aspersa salibus, & acuminibus quidem ipsis pungant, nequaquam verò sint illis dicendi virtutibus ac ornamentis quasi modificata,

„ *Nempe incomposito dixi pede currere versus*
„ *Lucili. quis tam Lucili fautor ineptè est,*
„ *Vt non hoc fateatur? at idem, quòd sale multo*
„ *Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.*
„ *Nec tamen hoc tribuens, dederim quoq; cætera. nam sic*
„ *Et Laberi mimos, vt pulchra poëmata, mirer.*
„ *Ergo non satis est risu diducere rictum*
„ *Auditoris: & est quædam tamen hæc quoq; virtus.*
„ *Est breuitate opus, vt currat sententia: neu se*
„ *Impediat verbis lassas onerantibus aures.*
„ *Et sermone opus est modo tristi, sæpe iocoso,*
„ *Defendente vicẽ modo rhetoris, atq; poëtæ.* Et quæ sequũtur.

Quintil. collidentium inter se vocalium cum voluptate tamen quadam exemplum ponens, pulcram orationem dicit speciosam & ostentationi

„ seruientem. Et nonnunquam, inquit, hiulca decent, faciuntq́ ampliora

„ quædam, vt pulcra oratione acta omnino iactare. Vt sint igitur pulcra

non,

nonnunquam poëmata: desideratur tamen etiam cultus & figurarum varietas, tum verborum, tum sententiarum. Facit ad hunc quoq; locum magis intelligendum imago ac similitudo illa, quę est apud Aristot. in. 3. Rhetor. versus ille poëtarū simillimos esse dicit iis, qui egregia quidem forma sint, nullo tamen ornatu prædit. vt enim formosi alioqui & venusti sint, nudi tamen omni ornatu & veste detracta nō iidem apparēt, ita quoq; versus poëtarum ascitis illis ornamentis sententiarum, numerorum, suauitatis & elegantiæ depositis, quasiq; elutis aut extritis, pulcri quidem ipsi per sese & recti, nequaquam tamen elegantes ac dulces con
,, tingunt auribus. Aristotelis verba sunt in eo libro, καὶ ἡ εἰς τὰ μέτρα τῶν
,, ποιητῶν, ὅτι ἔοικε τοῖς ἄνευ κάλλους ὡραίοις, οἱ μὲν γὰρ ἀπανθήσαντες: τὰ δὲ δια-
,, λυθέντα, οὐχ ὅμοια φαίνεται. Pulcrum etiam sine ornatu esse aliquid posse probant elegantissimi Senarij illi, quibus Terentius in Phormione pulcram omnino virginem sine pigmentis & ornatu describit,

,, — *Imus, venimus,*
,, *Videmus: virgo pulcra: & quò magis diceres,*
,, *Nihil aderat adiumenti ad pulcritudinem:*
,, *Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:*
,, *Lacrumæ, vestitus turpis, vt, ni vis boni*
,, *In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.*

Venusti quoq; Cæsaris Commentarij rerum suarū à Cic. dicuntur, nudi tamen, vt idem ait, & omni ornatu orationis quasi veste detracta. Duplex est igitur elegantia, vel rerum & verborum fortè singulorum, vel verborum coniunctorum & sententiarum. illa pulcra ipsa efficit poëmata, hæc etiam reddit dulcia. Id ipse quoq; pòst, dulce, verbum significare voluit, cùm dixit,

,, *Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.*

Sed præter cætera insignis est apud Dionysium Halicarnasseum locus, qui aut idem omnino est, aut huic Horatiano certè simillimus. Nam vt Horat. à pulcro dulce secernit, ita Dionysius τὸ ἡδὺ ἀπὸ τοῦ καλοῦ: & vt hoc loco miramur res easdem penè distinctas esse, sic illorum distinctio græcorum verborum mira quibusdam videbatur. Sed nos elegantissi-
,, mi doctissimiq; scriptoris verba subiiciamus, δοκεῖ δέ μοι δύο ταῦτα εἶναι
,, τελικώτατα, ὧν ἐφίεσθαι δεῖ τοὺς συντιθέντας εὖ μέτρα καὶ λόγους, ἥτε ἡδονὴ, καὶ τὸ
,, καλόν. ἀμφότερα γὰρ ἐπιζητεῖ ταῦτα ἡ ἀκοὴ, ὅμοιόν τι πάσχουσα τῇ ὁράσει. καὶ γὰρ
,, ἐκείνη πλάσματα, καὶ γραφὰς, καὶ γλυφὰς, καὶ ὅσα δημιουργήματα τῶν χειρῶν ἀν-
,, θρωπίνων ὁρῶσα, ὅταν εὑρίσκῃ τὸ ἡδὺ ἐνὸν καὶ τὸ καλὸν, ἀρκεῖται, καὶ οὐδὲν ἔτι
,, ποθεῖ. καὶ μὴ παράδοξον ἡγήσηταί τις, εἰ δύο ποιῶ τέλη, καὶ χορίζω τὸ καλὸν ἀπὸ
,, τῆς ἡδονῆς, μὴ δὲ ἄτοπον εἶναι νομίσῃ, εἴ τινα ἡγοῦμαι ἡδέως μὲν συγκεῖσθαι, μὴ κα-
,, λῶς δὲ, ἢ καλῶς μὲν, οὐ μὴν καὶ ἡδέως. φέρει γὰρ ἡ ἀλήθεια τὸ τοιοῦτο, καὶ οὐδὲν
,, ἀξιῶ καινόν. ac paulò pòsthæc ipsa, ἐξ ὧν δὲ οἴομαι γενήσεσθαι λέξιν ἡδεῖαν καὶ

καλὴν, τέτταρά ἐστι τὰ κυριώτατα, ταῦτα καὶ κράτιστα, μέλος, καὶ ῥυθμὸς, καὶ μεταβολὴ, καὶ τὸ παρακολουθοῦν τοῖς τισὶ τούτοις πρέπον. τάττω δὲ ὑπὸ μὲν τὴν ἡδονὴν τὴν ὥραν, καὶ τὴν χάριν, καὶ τὴν εὐστομίαν, καὶ τὴν γλυκύτητα, καὶ τὸ πιθανὸν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. ὑπὸ δὲ τὸ καλὸν τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὴν σεμνολογίαν, καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ πιθανὸν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Quibus in verbis τὸ πιθανὸν vtriusque membrum partis ad id scilicet, quod ait Horatius, animum auditoris agunto, referri debet. Quo agendi verbo idem scriptor græcè vtitur hanc ipsam Musicam artem comparans cum collationis ipsius artificio. ait enim, ὥστε καὶ ταύτης ἡ ἀκοὴ τέρπεταί μὲν τοῖς μέλεσιν, ἄγεται δὲ τοῖς ῥυθμοῖς, &c. Et quod de varietate sententiarum esse intelligendum dixi, id ille quoque his verbis, σχήμασί τε μὴ τοῖς αὐτοῖς διαμένειν, ἀλλὰ θαμινὰ μεταβάλλειν, καὶ τρόπους μὴ τοὺς αὐτοὺς ἐπισφέρειν, ἀλλὰ ποικίλλειν. Sed hæc & superiora illa, ab illis eius verbis, Versibus exponi tragicis, & quæ sequuntur, (patet enim hæc pars in hoc libro quàm longissimè) ad ipsius pertinent orationis decorum explicandum. Est autem ipsum triplex (tot enim partes ab Aristot. ponuntur) patheticum, moratũ, proportionabile. quibus quidem verbis vtor, quò tradam breuius atq; simplicius. Primum perturbatorum & cõmotorum effingit orationem: Secundum ætatis cuiusque, generis, gentis, institutionis: Tertium ad res est accommodatum genus verborum. Verùm nos Aristotelis verba, sine quibus hic intelligi locus omnino nequit, atq; vnde hæc expressa sunt omnia, ponamus, τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις, ἐὰν ᾖ παθητική τε, καὶ ἠθική, καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον. τὸ δ᾽ ἀνάλογόν ἐστιν, ἐὰν μήτε περὶ εὐόγκων αὐτοκαβδάλως λέγηται, μήτε περὶ εὐτελῶν, σεμνῶς, μηδ᾽ ἐπὶ τῷ εὐτελεῖ ὀνόματι ἐπῇ κόσμος: εἰ δὲ μὴ, κωμῳδία φαίνεται. οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν. ὁμοίως γὰρ ἔνια ἔλεγε, καὶ εἰ εἴποιεν ἄν, πότνια συκῆ. παθητικὴ δὲ, ἐὰν μὲν ᾖ ὕβρις, ὀργιζομένου λέξις, ἐὰν δὲ ἀσεβῆ καὶ αἰσχρὰ, δυσχεραίνοντος καὶ εὐλαβουμένως λέγειν. ἐὰν δὲ ἐπαινετὰ, ἀγαμένως: ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ, ταπεινῶς: καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ, ὁμοίως. πιθανοῖ δὲ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡ οἰκεία λέξις. παραλογίζεται γὰρ ἡ ψυχὴ, ὡς ἀληθῶς λέγοντος, ὅτι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις οὕτως ἔχουσιν. ὥστε οἴονται, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει, ὡς ὁ λέγων; τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν. καὶ συνομοιοπαθεῖ ὁ ἀκούων ἀεὶ τῷ παθητικῶς λέγοντι, κἂν μηθὲν λέγῃ. διὸ πολλοὶ καταπλήττουσι τοὺς ἀκροατὰς, θορυβοῦντες. καὶ ἠθικὴ δὲ αὐτὴ, ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις, ὅτι ἀκολουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει. λέγω δὲ γένος μὲν καθ᾽ ἡλικίαν. οἷον παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γέρων. καὶ γυνὴ, καὶ ἀνὴρ, καὶ Λάκων ἢ Θετταλός. ἕξεις δὲ, καθ᾽ ἃς ποιός τις τῷ βίῳ: οὐ γὰρ καθ᾽ ἅπασαν ἕξιν οἱ βίοι ποῖοί τινες. ἐὰν οὖν καὶ ὀνόματα οἰκεῖα λέγῃ τῇ ἕξει, ποιήσει ἦθος. οὐ γὰρ ταυτὰ: οὐδ᾽ ὡσαύτως, ἄγροικος ἂν καὶ πεπαιδευμένος εἴποιεν. At Horatius illa ipsa tradens eundem prorsus ordinem conseruauit. nam suprà ponens illa, versibus exponi tragicis &c. Decorum id est persecutus, quod Aristo. τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον dixit. In quo tamen ipso adhibetur etiam τὸ παθητικὸν, vt in morati quoque partibus, cum motus animorũ & perturbationes incidunt eiusmodi: ita tamen, vt in ira tragica differens aliquid à seipso in comica. & quod vtrique admisceri soleat, propterea credo inter illa medium fuisse

fuisse constitutū. quod ipsum, vt opinor, indicans Horatius statim sub-
iecit illa, Interdum tamen & vocem comœdia tollit, & quæ sequuntur.
Id etiam ipsum est, quod, vt ait Quintil. habet omnis eloquentia com-
mune. Commisceri autem confundiq; cum reliquis ipsum παθητικὸν,
ostendit Aristo. in .2. Rhet. Agens enim de sententiis, mores loquētium
declarantibus, has etiam παθητικῶς efferri nonnunquam scribit. verba
„ illius sunt, ὅταν ἢ ἦθος φαίνηται μέλλῃ βέλτιον, ἢ παθητικῶς εἰρημένον ἐστίν. ἔστι
„ δὲ παθητικῶς μὲν, εἴτις ὀργιζόμενος φαίη ψεῦδος εἶναι, ὡς δεῖ γινόσκειν αὐτόν.
quæ duæ partes, mores videlicet ipsi & perturbationes, connexæ adeò
inter se & coniunctæ sunt, vt generis eiusdem species ab Aristotele po-
nantur, τῆς ἀγωνιστικῆς λέξεως videlicet. Sic enim in .3. Rhet. scripsit, ἔστι
„ δὲ λέξις γραφικὴ μὲν, ἡ ἀκριβεστάτη: ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη. ταύτης δὲ,
„ δύο εἴδη: ἡ μὲν γὰρ ἠθική: ἡ δὲ παθητική. Iam verò illa eius verba, Tele-
phus & Peleus &c. sanè sunt ad orationis Patheticæ referenda decorū,
& quæ sequuntur omnia ad illum vsque locum, Intererit multum &c.
Animaduertendū id verò, moratę orationis partes ab Aristotele plures
in poëtica numerari, quatuor illæ videlicet, quæ bonos malosve mo-
res indicat, quę ætati naturę'ue cuique congruentia tribuit, quæ similes
exprimit, quæ constans personæ cuiusque decorum conseruat, neq; te-
mere permutat aut perturbat quod est vniuscuiusq; proprium. Verùm
ille in Rhetoricis libris eas tantum partes est persecutus, quæ oratori
magis erant necessariæ. Cùm hæc igitur ad patheticum genus illud de-
cori sint referenda, perturbationes verò ad sententiam pertineant, par-
tem poëseos, quam διάνοιαν ab Aristot. adpellari diximus, est hic sanè lo-
cus huiusce partis proprius existimandus. Etenim pars illa proxima su-
perior λέξις, quantumuis bona sint ipsa verba, per se mouere atque im-
pellere neque legentinm, neque audientium possit animos, nisi senten-
tiis sit conformata. qua quidem re fit vt suauis existat, & vt hic Flaccus
ait, dulcis oratio. Ipsius enim vi sententiæ conficitur oratio illa, quam
Rhetores ἐσχηματισμένον λόγον appellant, cuius est haud vnū genus. Ho-
„ meri enim poësin commendans Plutarchus ait, ἔστι δὲ διάνοια παρ᾽ αὐτῷ
„ πολλοῖς εἴδεσιν ἐσχηματισμένη. ὧν ἐστὶ προαφώνησις, καὶ προσωποποιΐα. Sed
& quæ sit ipsa sententia, quæq; sint illa quæ ad eam referantur, & ora-
tionem hac varietate sententiarum quasi conditam faciant dulcescere,
intelligi id quidem potest ex his Aristotelis verbis in poëtica, τὰ μὲν οὖν
„ περὶ τὴν διάνοιαν, ἐν τοῖς περὶ τῆς ῥητορικῆς κείσθω. τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον
„ ἐκείνης τῆς μεθόδου. ἔστι δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα, ὅσα ὑπὸ τοῦ λόγου δεῖ παρασ-
„ κευασθῆναι. μέρη δὲ τούτων τότε ἀποδεικνύναι, καὶ τὸ λύειν, καὶ τὸ πάθη παρασ-
„ κευάζειν. οἷον, ἔλεον, ἢ φόβον, ἢ ὀργήν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἔτι μέγεθος, καὶ σμι-
„ κρότητα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἰδῶν δεῖ χρῆσθαι.
„ ὅτ᾽ ἂν ἐλεεινὰ, ἢ δεινὰ, ἢ μεγάλα, ἢ εἰκότα δέῃ παρασκευάζειν. πλὴν τοσοῦτον δια-
„ φέρει, ὅτι τὰ μὲν δεῖ φαίνεσθαι ἄνευ διδασκαλίας, τὰ δὲ ἐν τῷ λόγῳ ὑπὸ τοῦ λέγον-
„ τος παρασκευάζεσθαι, καὶ παρὰ τὸν λόγον γίγνεσθαι. τί γὰρ ἂν εἴη τοῦ λέγοντος ἔρ-
„ γον, εἰ φανοῖτο ἡδέα καὶ μὴ διὰ τὸν λόγον; Nam quæ postea sequuntur, & ab

Aristot. dicuntur σχήματα τῆς λέξεως, & siquidem sunt illę quoque sententiæ, vt illo tamen nominantur nomine, ad motum gestumq́ corporis pertinent & ipsius oris habitum. quæ res ad artis poëticæ traditiones ac præcepta nequaquam pertinet. Est verò histronicæ & motoriæ artis propria. Est hic igitur locus intelligendus de figurata & conformata verbis sententia, tertia videlicet parte poëseos.

Et quocunque volent) In antiquis codicibus, volunt.

Animum auditoris agunto) Verbum græcum huius facultatis, id est, eloquentiæ & ornatæ orationis proprium expressit ψυχαγωγεῖν, quod est oblectare, animos impellere ac flectere, & quasi pascere. eo est vsus Aristot. duobus locis in Poëtica, πρὸς δὲ τούτοις τὰ μέγιστα οἷς ψυχαγωγεῖ ἡ τραγῳδία, τοῦ μύθου μέρη ἐστὶν, αἵ τε περιπέτειαι, καὶ ἀναγνωρίσεις. Atq́ iterum, ἡ δὲ ὄψις ψυχαγωγικὸν μὲν, ἀτεχνότατον δὲ, καὶ ἥκιστα οἰκεῖον τῆς ποιητικῆς. Cic. in. 2. de Oratore. De pertractandis iudicum animis agens simillimis est vsus verbis his, Quò deduci oratione facillime posse videantur.

Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. si vis me flere, dolendum est
Primùm ipsi tibi, tunc tua me infortunia lædent.
Telephe vel Peleû, male si mandata loquêris,
Aut dormitabo, aut ridebo. tristia mœstum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem, lasciua: seuerum, seria dictu.

Sunt hæc, vt suprà posui, de ipsarum varietate sententiarum præcepta, quæ non vno eodemq́ sunt omnes conformandæ modo, sed pro motus ac perturbationis ipsius, quò alios adduci volumus, diuersitate conficiendæ ac variandæ. Sed minimè quidē ego nunc præteribo egregium illum locum apud Cic. in. 2. de Orat. hac planè de re totū, ac vnde hic intelligi maximè atq́ illustrari potest, Hæc sunt illa, inquit, quæ me ludens Crassus modò flagitabat, quæ à me diuinitus tractari diceret, & in causa M. Aquilij, Caijq́ Norbani, nōnullisq́ aliis, quasi præclarè acta laudaret, quę mehercule ego Crasse, quū à te tractantur in caussis, horrere soleo, tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, digito deniq́ isto tuo significari solet. tantum est flumen grauissimorum, optimorumq́ verborum, tam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine pigmentis fucoq́ puerili, vt mihi non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris. Neq́ fieri potest, vt doleat is, qui audit, aut oderit, vt inuideat, vt pertimescat aliquid, vt ad fletū misericordiamq́ deducatur, nisi omnes ij motus, quos orator adhiberi volet iudici, in ipso oratore impressi esse atq́ inusti videbuntur. Quòd si fictus aliquis dolor suscipiendus esset, etsi in eiusmodi genere orationis

nihil

nihil esset, nisi falsum atq; imitatione simulatū, maior ars aliqua forsitan esset requirenda : nūc ego quid tibi Crasse, quid cæteris accidat, nescio, de me autē caussa nulla est, cur apud homines prudentissimos mentiar. nō me Herculè vnquam apud iudices, aut dolorem, aut misericordiam, aut inuidiam, aut odium excitare dicendo volui, quin ipse in cōmouendis iudicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permouerer. Neq; enim facilè est perficere, vt irascatur ei, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lætè ferre videare, neq; vt oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio antè viderit : neq; ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui, verbis, sententiis, voce, vultu, collacrymatione deniq; ostenderis. Vt enim nulla materies tam facilis ad exardescendū est, quæ nisi admoto igni ignem concipere possit, sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ possit incendere, nisi inflammatus ipse ad eam, & ardens accesserit, Et quæ sequuntur. Hanc Aristoteles virtutem, & vt ita dicam, aptitudinem verborū, cum rebus ἀνάλογον vocat in.3.Rhet. quę nulla est, si vt idem ait, τὰ μαλακὰ σκληρῶς, καὶ τὰ σκληρὰ μαλακῶς λέγηται, ἀπίθανον γὰρ γίνεται. Callidius ipse, in accusatione, non dolebat, non ardebat, re id maximè postulante, orator cæteroqui præstantissimus. Sed primi horum versus in vetusto libro probabilis admodum lectio hæc, Vt ridentibus arrident, vt flentibus adsunt Humani vultus! Admirans enim ait, summam esse vim sententiarum, siquidem etiam accedat ipsa pronunciatio. *Tunc tua me infortunia lædent)* Lædunt in manuscriptis, quasi id dicat, tum quasi propius admotis facibus ardeo. Quo lædendi verbo mihi penè videtur expressisse, quod est apud Aristotelem in definitione perturbationis, τὸ φθαρτικόν. ait enim Aristoteles, πάθος δέ ἐστι πρᾶξις φθαρτικὴ ἢ ὀδυνηρά. est idem verò commoueri & offendi. Idem in Epist. ad Augustum.

— Cùm tibi librum
Sollicito damus, aut fesso : cùm lædimur, vnum
Si quis amicorum est ausus reprehendere versum.

Lædimur quoq; in dolore. Lucret. lib.3.

Et quasi cùm caput aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis. —

Male si mandata loquèris) Partes tuas diligenter nō egeris. Idem pòst,

— Ne fortè seniles
Mandentur iuueni partes, pueroq; viriles.

Aristotel. in Poëtica quo loco de choro disserit, τὰ διδόμενα videtur dicere. alibi verò etiam τοὺς πεποιημένους λόγους. *Aut dormitabo, aut ridebo)* Horum alterum ad lentum spectatorem pertinet, de quo est illud apud eundem in Epist. ad Augustum,

Quem

Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat.

Cuiuſmodi ſanè ſunt illi, qui à Plutarcho in lib. de Muſica ἀργῶς καὶ ἐκθύμως διακεῖσθαι dicũtur. alterum verò ad inridentem etiam. Eſt quiddam apud Demetriũ Phalereum, quo loco de ſimiliter cadentibus agit, ſanè ſimillimum. Qui enim, inquit, in luctu ſimiliter cadentia, conſectantur atq; adhibent, pro deſiderio ac miſericordia clariſſimos riſus ac cachinnos mouent. cuius verba, quia ſunt ad præſentem accõmodata locum, ſubiicio, ἐν γοῦν τοῖς Ἀριστοτέλους περὶ δικαιοσύνης ὁ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὀδυρόμενος, εἰ μὲν οὕτως εἴποι, ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν. οἵαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπώλεσαν. ἐμπαθῶς ἂν εἰρηκὼς εἴη καὶ ὀδυρτικῶς. εἰ δὲ παρόμοιον αὐτὸ ποιήσῃ. ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον, ὁποίαν τὴν ἰδίαν ἀπέλαβον. οὐ μὰ Δία πόθον κινήσει, οὐδὲ ἔλεον. ἀλλὰ τὸν καλούμενον κλαυσιγέλωτα. τὸ γὰρ ἐν πενθοῦσι παίζειν κατὰ τὴν παροιμίαν καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς πάθεσιν κακοτεχνεῖν ἐστι. Itaq; iis, qui in ſcena nõ ſteterint, aut partes ſuas egerint non benè, quaſi minatur Horatius aut ſomnum, aut riſum.

Triſtia mœſtum vultum verba decent) Quòd vultum dicat, intelligo eũ τὰ σχήματα τῆς λέξεως, quæ diximus, cum ſententia eiusq; figuris ſimul iungere. Quod & M. Tull. fecit in iis verbis, quæ ſuprà expoſuimus. Significat enim vultus, non ſolùm conformationẽ & figuram oris ipſius, ſed & totius corporis. Cicero Cornificio ſcribens, O hominem, inquit, ſemper illum quidem mihi aptum, nunc verò etiam ſuauem, vultus me Hercule tuos mihi expreſſit omnes, nòn ſolùm animum ac verba pertulit. Et in.2.de oratore, Eſt autem hæc huius generis virtus, vt ita facta demõſtres, vt mores eius, de quo narres, vt ſermo, vt vultus omnes exprimantur, vt iis qui audiunt tum geri illa, fieriq; videantur. Quę etſi ſunt de facetiis dicta, quàm ſunt tamen Ariſtoteliorum ſimilia illorum, δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενον. Et in.3.de Orat. qui locus maximè cum hoc conuenit, Omnis enim motus animi, ſuum quendam à natura habet vultum, & ſonum, & geſtum, totũq; corpus hominis, & eius omnis vultus, omnesq; voces, vt nerui in fidibus, ita ſonant, vt à motu animi quoq; ſunt pulſæ. Quæ verò ſit delectatio ex varietate actionis & ſententiarũ, & cur adhiberi omnino debeat, oſtendit eodem lib. Cicero his verbis, Ars enim, cùm à natura profecta ſit, niſi naturam moueat ac delectet, nihil ſanè egiſſe videatur. Nihil eſt autem tam cognatum mentibus noſtris quàm numeri, atque voces, quibus & excitamur, & incendimur, & lenimur, & langueſcimus, & ad hilaritatem, & ad triſtitiam ſæpè deducimur. Sunt igitur & ἠθικὸν, & παθητικὸν ambæ decori partes & Oratori & Poëtæ cõplectendæ, quæ admirabilem, vt ait in Orat. Cic., faciunt eloquentiã.

Ludentem laſciuia, Seuerũ ſeria dictu) Quid ludere, quid laſciuum, quid ſeueritas etiam ſit, commodius equidem Quintiliani verbis ſum oſtenſurus, quæ c.6.lib. ſunt hæc, Quanquam autem gratiæ plurimum dictis

ſeue-

ſeueritas affert, fitq́ ridiculum id ipſum, quia qui dicit, non ridet, eſt tamen interim & aſpectus, & habitus oris, & geſtus nō inurbanus, quum his modus contingit. Id porrò quod dicitur, aut eſt laſciuum, aut hilare, qualia Galbæ pleraque: aut cōtumelioſum, qualia nuper Iunij Baſſi: aut aſperum, qualia Caſſij Seueri: aut lene, qualia Domitij Afri. Refert his vbi quis vtatur. Nam in conuictibus & quotidiano ſermone laſciua humilibus, hilaria omnibus conueniunt. Ludere nunquam velimus, longeq́ abſit propoſitum illud, potius amicum, quàm dictum perdidi. De ſeriis hæc quoque ſunt eiuſdem: Riſus igitur oriuntur aut ex corpore eius in quem dicimus: aut ex animo, qui factis ab eo dictisq́ colligitur: aut ex iis quæ ſunt extrà poſita. Intra hæc enim eſt omnis vituperatio: quæ ſi grauius poſita ſit, ſeria eſt: ſi leuius, ridicula. Et aliquantò antè hæc, Iocum verò accipimus quod eſt contrarium ſerio. Ipſe quoque Horatius pòſt ludum ſeriis opponens ait,

— *Ita vertere ſeria ludo.*

Et in.2. Carm. Seueram tragœdiam dicit, quippe quæ nihil niſi graue continet. Ludere hoc in genere, cùm ſeriò nihil agimus, Græci dicunt παίζειν: à quo ſunt illa quæ vocant παίγνια. Contrarium verò quod hîc eſt, ſeuerum eſſe σπουδάζειν, inde σπουδαῖα, ipſa nimirum ſeria.

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit.
Pòſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites, peditesq́ue cachinum.

Format enim natura prius nos intus ad oēm Fortunarum habitum) Vt quiſque eſt affectus animo, ita ferè habitum mutat atq́ oris ipſius ſpeciem. vtrumque verò verba etiam ipſa non diſſimilia conſequuntur. Quare ineptè is ſanè actor fecerit, qui non verbis perſonam tuebitur ſuam, & perturbationi, quam præ ſe fert, quoq́ ſpectatorem deduci velit, non oratione diligenter inſeruierit. Nihil eſt autē ad permouendum ſuapte natura valentius ac efficacius, & orationis, & totius habitu corporis ac figura. id ita ſeſe habere Ariſt. in Poëtica verbis huiuſmodi ſatis oſtendit, ὅσα δὲ δυνατὸν καὶ τοῖς σχήμασι συναπεργαζόμενον ποιεῖν. πιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν εἰσι. διὸ καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος ἀληθινώτατα. Id verò quàm facile factu ſit, etiā in alienis rebus omni motus varietate affici vel poëtam, vel oratorem, intelligi id quidem poteſt ex his M. Tullij verbis in Secundo de Orat. Ac ne fortè hoc magnum, ac mirabile eſſe videatur, hominem toties iraſci, toties dolere, toties omni animi motu cōcitari, præſertim in rebus alie-

nis

,, nis, magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum, quos agas
,, tractesque dicendo, vt nihil opus sit simulatione & fallaciis. Ipsa enim na-
,, tura orationis eius quæ suscipitur ad aliorũ animos permouendos, ora-
,, torem ipsum magis etiam, quàm quemquam eorum, qui audiunt, permouet.

Fortunarum habitus) Ipse nimirum status rerum cuiusque dicitur. Habitus verò is est, qui in illis superioribus verbis Aristotelis σχῆμα dicitur, siue sit oris ipsius, siue eius, qua vtuntur in calamitate, orationis. etenim ad vtrumque vt referatur, per ipsius Aristotelis verba licere arbitror.

Aut impellit ad iram) Verbo est vsus proprio in hoc motionum genere. cui verbo par est etiam nonunquam græcum ἀποβάλλειν, eo est vsus Sthenelus poëta in eo carmine, quod est apud Atheneum in.10.

,, οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνας ἀποβάλλει.

Aut ad humum mœrore graui deducit) Propriũ hoc vehementer dolentium, aut eorum etiam qui terrentur, labi præ mœrore & concidere. Virgilius in.3.Æneid.de Andromache,

,, *Labitur, & longo tandem vix tempore fatur.*

,, Et Lucret.in 3. *Deniq; concidere exanimes terrore videmus*
,, *Sæpe homines.* —

Itaque Horatius cum verborum & sentiarum præceptis, quis esse dolentium gestus debeat in tragœgiis, penè etiam docet, vt terram petant & collabantur. *Pòst effert animi motus interprete lingua*) Sequũtur hos motus & quasi προπάθειαν ipsa verba. Effert autẽ ita dixit, vt in Poëtica de rebus iis cùm egisset, quas imitari poëtam oporteret, dixit etiã Aristotel.
,, ταῦτα δ' ἐξαγγέλλεται λέξει, ἢ καὶ γλώτταις, &c. *Romani tollent equites*) Nihil verò poëtæ accidere molestius, neque grauior irrogari mulcta possit. qui, inquit, decori leges & præscripta contempserint, eos risus spectatorum manet & illusio. Pedites autem atque equites pro populo ipso posuit, vtroque militari verbo: pedites enim addidit ex alterius occasione verbi prioris, equites: quas ille in metaphoris occasiones præterire non ferè solet. M. Tullius in.2.Epist.ad Attic. populum ipsum quoque
,, pedisequorum nomine significans, ait, Quæ mihi videtur vna conciun-
,, cula clamore pedisequorum nostrorũ peritura. Quòd autem dixit cachinnum tollent, eum risum indicauit, quem suprà Demetrius Phalereus κλαυσιγέλωτα vocari docuit. is à quibusdam concussorius risus dicitur.

Horatius in.2.Epist.ad Florum eum notans dixit,

,, — *Statua taciturnius exit*
,, *Plerunque, & risu populum quatit.* —

Ad hunc vsque locum itaque de pathetico decoro pręcepta fuerũt omnia: quo de cùm multa iam sint à nobis dicta atque explicata, reliquus mihi esse videtur locus insignis vnus è Dionisij Halicarnasei libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, in quo vir præstantissimus de decoro quidem ipso simpliciter scribit, sed in eo explicando verbis vtitur Horatianis huius loci

om-

omnibus ferè perquamſimilibus. Hoc verò loco id ab æquiſſimo lectore petimus, vt dum in laborioſiſſima difficillimaq; totius huius operis parte verſamur, & molem hanc pondúsque grauiſſimum quaſi ſuſtinemus, orationis noſtræ longitudinem & crebris locis doctiſſimorum hominum tranſlatas & arceſſitas huc totidem ferè verbis ſententias rerum ipſarum obſcuritati condonent aſſcribantq;. Dionyſij verba ſunt,

„ ὁμολογουμένου δὴ παρὰ πᾶσιν ὅτι πρέπον ἐστὶ τὸ τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόζον προσώ-
„ ποισί τε καὶ πράγμασιν ὥσπερ ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, ἡ μὲν τις ἂν εἴη πρέπουσα τοῖς
„ ὑποκειμένοις, ἡ δὲ ἀπρεπής, οὕτω δὴ που καὶ ἡ σύνθεσις. παράδειγμα δὲ τούτου χρὴ
„ παραλαμβάνειν τὴν ἀλήθειαν. ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστιν, οὐχ ὁμοίᾳ συνθέσει χρώ-
„ μεθα ὀργιζόμενοι καὶ χαίροντες, οὐδὲ ὀλοφυρόμενοι καὶ φοβούμενοι, οὐδ᾽ ἐν ἄλλῳ
„ τινὶ πάθει ἢ κακῷ ὄντες, ὥσπερ ὅταν ἐνθυμώμεθα καὶ μηδὲν ἡμᾶς ὅλως ταράττῃ,
„ μηδὲ παραλυπῇ. δείγματος ἢ παραδείγματος ἕνεκα ταῦτα εἴρηκα ὀλίγα περὶ πολ-
„ λῶν, ἐπεὶ μυρία, ὅσα τις αἴτια εἰπεῖν ἔχοι, τὰς ἰδέας ἁπάσας ἐκλογίζεσθαι βουλόμενος
„ τοῦ πρέποντος. ἓν δὲ προχειρότατον ἔχω καὶ κοινότατον εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦτο
„ ἐρῶ. οἱ αὐτοὶ ἄνθρωποι ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει τῆς ψυχῆς ὄντες, ὅταν ἀπαγγέλλωσι
„ τὰ πράγματα οἷς ἂν παραγενόμενοι τύχωσι, οὐχ ὁμοίᾳ χρῶνται συνθέσει περὶ πάν-
„ των, ἀλλὰ μιμητικοὶ γίνονται τῶν ἀπαγγελλομένων, καὶ ἐν τῷ συντιθέναι τὰ ὀνό-
„ ματα οὐδὲν ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ φυσικῶς ἐπὶ τοῦτο ἀγόμενοι. ταῦτα δὲ παρατη-
„ ροῦντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν ποιητήν τε καὶ ῥήτορα μιμητικὸν εἶναι τῶν πραγμάτων, ὑ-
„ πὲρ ὧν ἂν τοὺς λόγους ἐκφέρῃ, μὴ μόνον κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ
„ κατὰ τὴν σύνθεσιν. ὃ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμόνιος Ὅμηρος. Et quæ ſequuntur.

Notanda verò in his verba imprimis illa, ἀλλὰ μιμητικοὶ γίνονται τῶν ἀπαγγελλομένων, καὶ ἐν τῷ συντιθέναι τὰ ὀνόματα οὐδὲν ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ φυσικῶς ἐπὶ τοῦτο ἀγόμενοι. conueniunt enim hæc planéque conſentiunt & cum his quæ ſuprà poſuimus Ciceronis verbis, & cum illis Horatianis, Format enim natura prius, &c.

Intererit multùm, Dauus'ne loquatur, an heros:
Maturúsne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potens, an ſedula nutrix:
Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli:
Cholcus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Pertinere hæc ad tertiam decori partẽ, nemo, ſi quidem illa quæ hac de re Ariſtotelis verba ſuprà poſuimus rectè conſiderẽtur, dubitare poterit: tot enim ferè partes, quot ille, & eaſdem hîc Horatius poſuit, Conditionem, ætatem, ſexum ſiue genus, & quod eſt vltimum, gentẽ ac nationem. Hanc verò partem, quæ græcè ἦθος dicitur, definit his verbis

„ Ariſtot. ἔστι δὲ ἦθος τὸ τοιοῦτον, ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν ὁποῖά τις, ἐν οἷς οὐκ ἔστι
„ δῆλον ἢ προαιρεῖται, ἢ φεύγει ὁ λέγων. Dionyſius Halycarnaſſeus quo loco

in arte περὶ λόγων ἐξετάσεως diſſerit, agit etiam hac ipſa de parte q̃accuratiſſimè. Sed nos pauca de multis adhibebimus, & eorum maximè huic

loco necessaria, persequemur. Diuidit quidem ille τὸ ἦθος in commune & proprium, hoc verò alterum referri ad commune reuocariq; debet. illud est philosophorũ magis, hoc oratorũ & poëtarũ ipsorum est proprium. ille his verbis hæc, τί ποτε ἐστὶν ὃ λέγω μαθεῖν χρή; τὸ ἦθος φημὶ διττὸν εἶναι, κοινόν τε καὶ ἴδιον· τοῦ διορίζω τὸ κοινὸν, καὶ τὸ ἴδιον ἀπ' ἀλλήλων, φράσω. κοινὸν λέγω τὸ φιλοσοφίας ἐχόμενον. ἔστι δὲ τοῦτο τί; τὸ εἰς ἀρετὴν προτρέπον, καὶ κακίας ἀπαλλάττον. ἴδιον δὲ λέγω τὸ ῥητορικόν. ἔστι δὲ τοῦτο τί; τὸ πρέποντας καὶ προσήκοντας τοὺς λόγους ποιεῖσθαι περὶ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τῷ λέγοντι αὐτῷ, καὶ τῷ ἀκούοντι, καὶ περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος. ὅ,τι ποτέ ἐστιν ὁ ἀγὼν τοῖς βιβλίοις πᾶσι. τί οὖν περὶ τούτων λέγω; τὰ βιβλία μεστά ἐστι δικαίων ἠθῶν, ἀδίκων, σωφρόνων, ἀκολάστων, ἀνδρείων, δειλῶν, σοφῶν, ἀμαθῶν, πράων, ὀργίλων. Hoc igitur alterum ἦθος ἴδιον, quod est huius loci proprium, certis partibus, vt idem scribit, continetur. ait enim, τὰ τοίνυν ἴδια, καὶ ῥητορικὰ ἤθη τούτοις διαιρεῖται, κατὰ ἔθνη, γένη, ἡλικίας, προαιρέσεις, τύχας, ἐπιτηδεύσεις. ἐπτὰ οὗτοι τόποι. Primus horum versus duabus incertis vocibus variè inconstanterq; legitur: primũ sic vti posui, deinde sic, Dauúsne loquatur Herósne. Deinde etiam sic, Diuúsne loquatur, an Hirrus. Qui tragicos à comicis personis hîc distingui putãt, primo illo modo legunt. Qui verò in eadem siue tragœdia, siue comœdia vt discrimen personarum seruetur, præcipi putant, vtramque ferè sequuntur. Plutarchus in eo commentario in quo Menandrum cum Aristophane comparat, Herois Diuiq; personas distinguens, ad hunc sanè locum scripsit accommodatissima. Menandrum enim ipsum reprehendens, ait, οὐδὲ τὸ πρέπον ἑκάστῳ καὶ οἰκεῖον ἀποδίδωσιν, οἷον λέγω βασιλεῖ τὸν ὄγκον, ῥήτορι τὴν δεινότητα, γυναικὶ τὸ ἁπλοῦν, ἰδιώτῃ τὸ πεζὸν, ἀγοραίῳ τὸ φορτικόν. ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κλήρου ἀπονέμει τοῖς προσώποις τὰ προστυχόντα τῶν ὀνομάτων, καὶ οὐκ ἂν διαγνοίης εἴτε υἱός ἐστιν, εἴτε πατὴρ, εἴτε ἄγροικος, εἴτε θεὸς, εἴτε γραῦς, εἴτε ἥρως ὁ διαλεγόμενος, & quæ sequuntur. deinde verò aliquantò pòst. ἀλλὰ μένανδρος οὕτως ἔδειξε τὴν λέξιν, ὥστε πάσῃ καὶ φύσει, καὶ διαθέσει, καὶ ἡλικίᾳ σύμμετρον εἶναι. Vt Daui verò nomen retineamus, penè admonemur illo, qui aliquantò post hæc sequitur, versu, in quo eadem propemodum repetuntur, & iterantur verba,

Vt nihil intersit Dauúsne loquatur, an audax
Pythias — Esse namq; Daui personã comicam, vel ipse præter Terentianas fabulas testis est optimus. ait eñ in. 2. Serm. Sat. 5.

— *Dauus sis comicus, atque*
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.

Maturús ne senex) Nota translatio. Senes maturi, immaturi adolescentes dicuntur. Idem lib. 2. Serm. Satyr. 8.

— *Rufus posito capite, vt si*
Filius immaturus obisset. — In veteri quodam libro, Maturusq; senex. *An adhuc florente iuenta Feruidus*) Dionysius Halicarnascus

„ naſeus, οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ἤδη διασώζοντες νέοι καὶ πατέρες ὄντες, καὶ πρεσβύτες γε-
„ νόμενοι, ἀλλὰ γίνεται τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἤδη μαλακώτερα, τὰ δὲ τῶν νεωτέρων ἀκμαιότερα. Horum quoq; ſermo feruidior eſt atq; commotior.
An matrona potens) In nõnullis manuſcriptis, Et matrona potens. Quintilan. in. 11. de pronunciatione, Matronam inter comicas numerat perſonas. In comœdiis verò, inquit, præter aliam obſeruationem, qua ſerui,
„ lenones, paraſyti, ruſtici, milites, vetulę, meretriculę, ancillę, ſenes auſteri
„ ac mites, iuuenes ſeueri ac luxurioſi, matronę, puellæ, inter ſe diſcernuntur, &c. *Mercatór ne vagus)* Et Mercator, & Nauta vagus vterque dicitur à ſcriptoribus. *Cultór ne virentis agelli)* Eleganter eum ſignificat, quem vel Ariſtoteles ἄγροικον dixit, vel γεωργὸν Halicarnaſeus, vel alij κήπωρον, Simulum videlicet quendam exigui cultorem horti, vel Corițium illum ſenem, cui pauca relicti Iugera ruris erant. *Colchus an Aſſyrius)* Malè in vetuſto quodã libro Aſſarius. Nunc ergo prudens lector, & illas quæ ſunt apud Ariſtot. & illas quæ ſunt apud Halicarnaſeum τοῦ ἤθους partes, cùm inter ſe vtraſque facilè coniunget, tum verò cum Horatianis verbis etiam connectet & aptabit, ſinguláque in ſingula quaſi diſpertiet ac diſpenſabit.

Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge
Scriptor: honoratum ſi forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, inuictáque: flebilis Ino:
Perfidus Ixion: Io vaga: triſtis Oreſtes.

In iis, inquit, perſonis, quæ longè ſunt à memoria noſtra remotæ, tractandis, aut iiſdem tribuemus eadem, quæ cæteri, qui prius illa tractauerunt, conſtanter omnes tribuerunt, aut ſi nihil alij, nos iis quæ conueniunt accommodabimus, proq; decoro tractabimus. Id verò in tragœdiis fieri maximè tradit Ariſtotel. vt ab aliis acceptæ res & perſonæ re-
„ ponantur. eius verba ſunt, ἐπὶ δὲ τῆς τραγῳδίας τῶν γενομένων ὀνομάτων
„ ἀντέχονται. ac aliquantò pòſt, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἐνίαις μὲν ἓν,
„ ἢ δύο τῶν γνωρίμων ἐστὶν ὀνομάτων, τὰ δὲ ἄλλα πεποιημένα, ἐν ἐνίαις δὲ οὐθὲν,
„ οἷον ἐν τῷ ἀγάθωνος ἄνθει. ὁμοίως καὶ ἐν τούτῳ, τά τε πράγματα, καὶ τὰ ὀνό-
„ ματα πεποίηται. καὶ οὐδὲν ἧττον εὐφραίνει ὥστ' οὐ πάντως εἶναι ζητητέον, παρα-
„ διδομένων μύθων, περὶ ὧν αἱ τραγῳδίαι εἰσὶν ἀντέχεσθαι. Ac longè pòſt, τοὺς
„ μὲν παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι. λέγω δὲ, οἷον τὴν κλυταιμνήστραν ἀποθα-
„ νεῖν ὑπὸ τοῦ ὀρέστου, καὶ τὴν ἐριφύλην, ὑπὸ τοῦ ἀλκμαίωνος. αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ
„ καὶ τοῖς παραδιδομένοις χρῆσθαι καλῶς. Ac deinde penè iam in extremo
„ libro, πρὸς δὲ τούτοις ἐὰν ἐπιτιμᾶται, ὅτι οὐκ ἀληθῆ, ἀλλ' οἷα δεῖ. οἷον καὶ σο-
„ φοκλῆς ἔφη, αὐτὸς μὲν οἵους δεῖ ποιεῖν, εὐριπίδης δὲ οἷοι εἰσί. δὴ ὃ ταύτῃ λυτέον.

εἰ δὲ μηδετέρως. ὅτι οὕτω φασίν. οἷον τὰ περὶ θεῶν. & paulò antè, ἐπεὶ γάρ ἐστι μιμητὴς ὁ ποιητής, ὥσπερ ἂν ἢ ζωγράφος, ἤτις ἄλλος εἰκονοποιός, ἀνάγκη μιμεῖσθαι, τριῶν ὄντων τὸν ἀριθμόν, ἕν τι ἀεί. ἢ γὰρ οἷα ἦν, ἢ ἔστιν, ἢ οἷα φασὶ, καὶ δοκεῖ ἢ οἷα εἶναι δεῖ, &c. Quibus in verbis, τῶν γινομένων ἀντέχεσθαι, aut παρειλημμένοι μῦθοι, aut παραδεδομένων μύθων ἀντέχεσθαι, aut denique ὅτι οὕτω φασὶ, id est, quod Horatius famã ſequi dixit. *Honoratum)* ἔνδοξον, ἔντιμον, ſic à Cicerone in Bruto Thucydides Hanoratus fuiſſe dicitur. Honorati etiam illi dici videntur, qui dis ſunt cari. Terent. in Phorm.

Omnium, quantũ eſt, qui viuant hominũ homo honoratiſſimè.
Nam ſine controuerſia à Dis ſolus diligere Antipho.

Reponis) vtitur hoc ipſo verbo pòſt eodem prorſus modo, quum ait,

Fabula, quæ poſci vult, & ſpectanda reponi.

Atque haud ſatis ſcio, an idem etiam ſignificare poſſit græcum verbum τίθεσθαι apud Ariſtot. in illis verbis, λέγω δὲ οἷον εἴ τις τὸν Οἰδίπουν θείη, τὸν Σοφοκλέους ἐν ἔπεσιν ὅσοις ἡ Ἰλιάς. Reponere autem dixit, quia qui famam ſequitur, ipſe rem ab alio iam tractatam (Homerus enim primus Achillem finxit eum, quem in illius admirabili poëmate deſcriptum cernimus) reſumit ac repetit. ſumptum fortè vtrumque & ponere & reponere ab ſculptorum & pictorum artibus. Ille verò qui primus eam perſonam finget, in quo volet genere, præſtantem atque excellentem effinget. ſi quidem æquum, æquiſſimum: ſi iracundum, iracundiſſimũ. Quod ipſum Ariſtot. his verbis in Poetica, ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν, ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους, καὶ ῥαθύμους, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἐπὶ τῶν ἠθῶν, ἐπιεικείας ποιεῖν παράδειγμα, ἢ σκληρότητος δεῖ. οἷον τὸν Ἀχιλλέα καὶ Ὅμηρος. Plutarchus Achillis ingeniũ & naturã in ſympoſiis deſcribens, ab Horatij verbis non longè recedit. ſic enim ſcribit, οὐ γάρ τι γλυκύθυμος, οὐδὲ ἀγανόφρων, οὐδὲ φύσει φίλοινος, ἀλλὰ ἀπηνής, καὶ ἄϋπνος πολλὰς νύκτας διάγων. Ergo vt Achillem & Medeam in ſcena pronunciemus, etiam atque etiã videndũ. *Nihil non arroget armis)* At contrà Gnatho Terentianus,

Omnia prius experiri, quàm armis ſapientem decet.

Sit Medea ferox, inuictaque) Nec oratione quidem ipſa tantùm, ſed & geſtu quoq; & motu corporis. Quintil. in. II. de pronunciatione, Itaque in ũs quę ad ſcenam componũtur fabulis, artifices pronuntiandi à perſonis quoq; affectus mutuantur: vt ſit Niobe in tragœdia triſtis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules.

Siquid inexpertum ſcenæ committis, & audes
Perſonam formare nouam, ſeruetur ad imum,
Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet.

Quod in ſuperioribus illis verbis, quæ ad id quod dixit, Aut famam ſequere

ſequere, explicandum ex Ariſtotelis poëtica citauimus, Ariſtoteles ipſe vel ὄνομα ποιεῖν, vel εὑρίσκειν dixit, id ego hoc loco & inexpertũ aliquid ſcenæ committere, & perſonam formare nouam dici arbitror. Neque verò alienum huic loco fore exiſtimo, ſi fabulas intelligamus non conuerſas de Græcis, ſed tum primùm ab ipſo poëta fictas, vt perſona ipſa noua, nouam fabulam ſignificet, à nemine prius tentatã. Sunt qui hunc Horatij locum ad illam decori partem, quæ ὁμαλὸν ab Ariſtotele dicitur, referendum putent, vt illum quoque, Aut famam ſequere, ad ὅμοιον. qua quidem de re quæ mea quoq; ſit ſententia, ſum aliquando pluribus verbis oſtenſurus. certè negari id non poteſt, eſſe hoc de retinendis oĩno moribus nouæ perſonæ dictum & præceptum.

Perſonam formare nouam) Vſus eſt eodem verbo proximè, quum dixit, Format enim natura. &c. Quod à pictorum eſſe mihi videtur arte ſumptum. Martialis in. 7.

,, *Dum mea Cæcilio formatur imago Secundo,*
,, *Spirat & arguta docta tabella manu.*

Seruetur ad imum, Qualis ab incepto proceſſerit) Imum id vocat, quod extremum eſt, Græci τὸ ὕστατον. Sic pôſt,

,, *Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.*

Atque idem in .2. epiſt. ad Florum, totum ſignificare cùm vellet,

,, *Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos.*

Et ſibi conſtet) Medium his verbis ſignificari arbitror.

Difficile eſt propriè communia dicere, tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm ſi proferres ignota indictáque primus.
Publica materies, priuati iuris erit, ſi
Nec circa vilem patulúmque moraberis orbem,
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres, nec deſilies imitatator in arctum,
Vnde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.

Quoniam perſonas vel formari nouas, vel ab aliis accipi dixit, addit etiam nõ eſſe nullius laboris, aut laudis, quæ ſint ab aliis ſumpta ita tractare, vt tractatione quidem ipſa videantur tua. Tragicæ perſonæ ſunt illæ quidẽ etiã Homericæ, ſed eas ita tractat vel Euripides, vel Sophocles, ſuas vt efficiant. Id eſt fortè quod priore veteris parte, præcepti facere iubemur, τὰ μὲν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς.. Neque verò tantùm ab Iliade alterius generis poëmate ſuam ſumit fabulam atque argumentum tragœdia, ſed ab alia quauis etiam tragœdia generis eiuſdem ac

poëma-

„ poëmatis. id Arist. in poëtica his verbis, *δίκαιον δὲ καὶ τραγῳδίαν ἄλλην,*
„ *καὶ τὴν αὐτὴν λέγειν οὐδὲν ἴσως ὡς τῷ μύθῳ. τοῦτο δὲ ὧν ἡ αὐτὴ πλοκή, καὶ λύσις.*

Iliacum carmen deducis in actus) Ex rebus & personis Homericis tragœdiam conficis, & quasi conflas melius, quàm si idem tuum quid ederes.

Ignota indictáq;) Nemini neque lecta neque dicta. Indictum enim id etiam est, quod non dictum antè. Virg. in. 6. Æneid.

„ *Nec te magne Cato tacitum indictumq́; relinquam.*

Publica materies priuati iuris erit) Quæ sequuntur ferè pertinent ad ipsius vim tractationis, qua fit, vt quæ diximus communia, propriè tamen quodam colore splendescant iterum tractata. Communia, inquit, igitur propriè dixeris, si quæ iam subiiciam, præstes ac serues.

Si Nec circa vilem patulumq́; moraberis orbem) In manuscripto quodam Non circa vilem. Quod hoc est autem præceptum? Quis hic ab eo orbis dicitur? sanè est hic ipse verborum contextus, ipsi numeri, qui orationem quasi rotundam faciunt. Nam M. Tullius cùm alibi, tum verò in Oratore in extremo libro de numeris agens ipsis, in Thucydide ornamenta comparere, orbem modò orationis desiderari dicit. Quintil.
„ in. 9. Historia, inquit, non tam finitos numeros, quàm orbem quendam
„ cõtextumq́; desiderat. Est ergo orbis vel numeris confecta & astricta oratio, vel contextus ipse verborum non tam numerosus, quàm aptus & cohærens, id est oratio non dissoluta, qualis est ferè loquentium ac disputantium in dialogo, sed scripta & accurata. Vilem autẽ & patulum orbem vocat, qui neque verbis constat ex iis quæ sint ampla & *μεγαλοπρεπῆ*, neq; numeris vndecunq́; quasi iuncta & terminata clausula, quam Demetrius Phalereus *ἀνειμένην* vocat. Cuiusmodi est illa omnino quæ ab eo *διαλογικὴ* dicitur, id est, sermo ipse merus. verba illius sunt, *διαλο-*
„ *γικὴ δὲ ἐστιν ἡ περίοδος, ἡ ἔτι ἀνειμένη, καὶ ἁπλουστέρα τῆς ῥητορικῆς, καὶ μόλις*
„ *ἐμφαίνουσα ὅτι περίοδός ἐστι.* Vilem quidem, *εὐτελῆ*, aut *ἄσεμνον*: idem & Halicarnaseus. orbem autem *περιόδου κύκλον* nominãt. Nisi orbem patulum intelligere velis, rem & scribendi materiam vulgarem, vt poëta ad exquisitum quoddam se genus scribendi cõferat, quod patulum obuiumq́; cuiuis non sit. simile enim hoc illius esse videtur de Tityo quod scribit in epist. ad Florum,

„ *Quid Tityus? Romana breui venturus in ora,*
„ *Pindarici fontis qui non expalluit haustus,*
„ *Fastidire lacus, & riuos ausus apertos.*

Alij à quodam saltandi genere translatum esse putant, sed nihil probãt: nos quid id planè sit, nondum compertum habemus. Est verò præceptum hoc, vt ego quidem interpretor, de conuersione, quam *μεταβολὴν* Halicarnaseus vocat, quæ quidem ipsa multiplex est: nam vel poëtæ hac, vel oratores vtuntur. Poetæ, cùm vel pedes, vel genera mutãt poematum, quæ non multis est apta propterea. Epici enim ac pleriq; alij

nisi

nisi fortè melici, neutrum ferè mutant. Oratores pedes ipsos, quibus alligant orationem, commutant ac variant. quâ sanè soli penè sunt, & à poetis seiuncti. at quâ sententias etiam mutant, & verba, cũ poetis habent communem μεταβολήν. quanquam etiam pedes cum pedibus quatenus liceat commutare poetas, eleganter eruditeꝗ́ Iouianus Pontanus in Actio demonstrauit. Quæ sit hæc verò μεταβολή, ex his quæ è libro Halicarnasei περὶ συνθέσεως ὀνομάτων hic subijcio, sciri, opinor, satis potest. scribit enim sic,
,, ἦν δέ μοι τρίτον θεώρημα τῶν ποιούντων τὴν καλὴν ἁρμο-
,, νίαν ἡ μεταβολή: λέγω δὲ οὐ τὴν ἐκ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω, πάνυ γὰρ εὐήθης.
,, οὐδέ γε τὴν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς ὁμοειδέσι ποικιλίαν.
,, κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα, ὥσπερ καὶ τὰ ἡδέα μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι.
,, ποικιλλόμενα δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς ὡς ἀεὶ καινὰ μένει. ἐν τοῖς μὲν οὖν τὰ μέτρα,
,, καὶ τὰ μέλη γράφουσιν, οὐχ ἅπαντα ἔξεστι μεταβάλλειν, ἢ οὐχ ἅπασιν, οὐδ' ἐφ' ὅσον
,, βούλονται αὐτίκα, τοῖς μὲν ἐποποιοῖς μέτρον οὐκ ἔξεστι μεταβάλλειν, ἀλλ' ἀνάγκη
,, πάντας εἶναι τοὺς στίχους ἑξαμέτρους, &c. Deinde pòst illa etiam eiusdem
,, hunc Horatij locum omnino illustrant, παράδειγμα δὲ αὐτῆς ποιοῦμαι πᾶ-
,, σαν μὲν τὴν Ἡροδότου λέξιν, πᾶσαν τὴν Πλάτωνος, πᾶσαν δὲ τὴν Δημοσθένους.
,, ἀμήχανον γὰρ εὑρεῖν τούτων ἑτέρους ἐπεισοδίοις τε πλείοσι, καὶ ποικιλίαις εὐ-
,, ρωτέραις, καὶ σχήμασι πολυειδεστέροις χρησαμένους. λέγω δὲ τὸν μὲν ὡς ἐν ἱστο-
,, ρίας σχηματισμῷ, τὸν δὲ ὡς ἐν διαλόγων χάριτι, τὸν δὲ ὡς ἐν λόγων ἐναγωνίων
,, χρείᾳ. ἀλλ' οὐχ ἥγε Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις ὁμοία ταύταις
,, ἦν. ἀλλὰ καίπερ ἡδέως, καὶ μεγαλοπρεπῶς πολλὰ συνθέντες οἱ ἄνδρες οὗτοι,
,, περὶ τὰς μεταβολάς, καὶ τὴν ποικιλίαν οὐ πάνυ εὐτυχοῦσιν, ἀλλ' ἔστι παρ' αὐτοῖς
,, εἷς περιόδου κύκλος, ὁμοειδὴς σχημάτων τάξις, συμπλοκὴ φωνηέντων ἡ αὐτή, ἀλ-
,, λὰ πολλὰ τοιαῦτα κόπτοντα τὴν ἀκρόασιν, Et quæ sequuntur. Quòd igitur circa vilem & patulum orbem non esse morandum præcipit, id nimirum est, vt fiat illa μεταβολὴ ἐκ τῶν χειρόνων εἰς τὰ κρείττω.

Nec verbum verbo) Ita est omnino legendum, nec sunt huius verba loci transmutanda. confirmat id antiquissimus Seruij codex. Ille enim primum .II. Æneid. versum interpretans, hunc Flacci alterum quoque adducens simul interpretatur. Virgilij versus est:

,, *Oceanum interea surgens aurora reliquit.*

,, Seruij verò verba sunt, More suo prætermisit noctis descriptionẽ, quã
,, transisse indicat præsens ortus diei. & hoc est vnde Horatius ait,

,, *Nec verbum verbo curabis reddere fidus*

,, *Interpres.* — Quæ enim naturalia sunt, omnibus patent.

Vnde pedem proferre pudor vetet aut operis lex) In antiquo libro non proferre, sed referre, non omnino malè. vt legatur tamen geminata per epenthesin f litera, cuiusmodi non sanè pauca sunt apud Lucret. redducere, refficere. Est autẽ referre pedem, idem quod apud Virgil. reuocare gradum. Pudor autem, quod sequitur, verbum duobus modis hoc codex vetus repræsentat, vel pudor, vel pudet. & quod deinde ponitur vetet, legitur in eodem vetat, vt illo planè modo legatur,

Vnde

" *Vnde pedem refferre pudet, vetat aut operis lex.*

Sed in Epist.ad Augustum, pudorem non audere suum, vt hic quoque dixit, vetare. ait enim,

" *— Nec meus audet*
" *Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.*

Nec sic incipies, vt scriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

De tractandi ratione hæc sunt adhuc, & quæ sequuntur plura. *Vt scriptor Cyclicus*) Proprium quidam scriptoris hoc esse nomen arbitrātur, aliĳ commune faciunt poëtarum quorundam. In antiquo vno codice Siclicus mutatis aliquot literis legebatur. *Cantabo*) Inflatū hoc atq; arrogans, sed quod sit tamen poëtarū propriū. idem enim pòst hoc in lib.

" *Abstinuit Venere & Baccho qui Pythia cantat.*

Et in Epist.ad Mecœnatem. *— Forum putealq; Libonis*
" *Mandabo siccis, adimam cantare disertis.*

Quid dignum tanto) Pulcra sanè præfidentis hominis irrisio, qua M.Fabius Quintilian.in .1. etiam est vsus cap.9. Occurrat mihi, inquit, forsan aliquis, Quid hic ꝑmissor tanti operis dignum? verbis propè similibus in historiæ procemio Dionysius dixit, ἢ τῶν παραδόξων καὶ θαυμαστῶν ὑπόσχεσις. Sed ostendit appositissimis ad id exprimendum verbis, quę sit tam inflati carminis futura pronuntiatio. *Parturient montes*) Arroganter ita & splendidè multa pollicentes, spem aliorū de se & expectationem ferè frustrātur. id ille fabella declarat aptissimè, quod à Tacha rege est in Agesilaum dictum. Sed quanta in extremo carminis huius verbo arte sit vsus Horatius, ostendit Quintilianus in.8.cap.3. Risimus, inquit, & meritò, nuper poëtam qui dixerat,

" *Prætextam in cista mures rosere Camilli.*

At Virgilĳ miramur illud, Sæpè exiguus mus. Nam epitheton exiguus, aptum proprium effecit ne plus expectaremus, & casus singularis magis decuit, & clausula ipsa vniussyllabę nō vsitata, addidit gratiam. imitatus est itaq; vtrumq; Horatius, Nascetur ridiculus mus. Nec augenda semper oratio, sed submittenda nonnunquam est, &c. Prudentius in Apotheosi, Exiguos mures Virgilium dixit imitatus. Simile huic illud alterum prouerbium, Murem pro leone ostendere.

Quanto rectius hic, qui nil molitur ineptè:
Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troiæ,

Qui

Qui mores hominum multorum vidit, & vrbeis.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat: vt speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten, Scyllamq́;, & cum Cyclope Carybdim:
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.
Semper ad euentum festinat, & in medias res
Non secus, ac notas auditorem rapit: & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

Homeri in proponendo modestiam dilaudat, quem quasi normam ac legem poëtarum esse debere omnes existimant. *Quanto rectius hic)* eodem penè Hemistichio est idem vsus in.2.Serm.Saty.1.

Quantò rectius hoc, quàm tristi lædere versu
Pantalabmm scurram. —

Qui nil molitur ineptè) Habet in se multũ ponderis ac momenti verbum moliri, quod ab ædificiis tractum & molibus, res arduas & graues suscipere atq; aggredi significat. Nam ne plures proferã locos aliunde, vsurpat idem verbum pòst ipse propriè, Oppida moliri. Aristoteles Homerũ laudans ipsum, sententia certè verborũ est vsus eadem. scribit enim, ὅμηρος δὲ ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν. Sed libet hoc loco mihi cæteros quoque locos colligere, qui sunt in eodem Aristotelis libro ad Homeri laudem pertinẽtes. Primùm hic: ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα, μάλιστα ποιητὴς ὅμηρος ἦν. μόνος γὰρ οὐχ ὅτι εὖ, ἀλλ' ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν, οὕτω καὶ τὰ τῆς κωμῳδίας σχήματα πρωτὸς ὑπέδειξεν, οὐ ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας. Deinde: ὁ ὅμηρος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ' ἔοικε καλῶς ἰδεῖν ἤτοι διὰ τέχνην, ἢ διὰ φύσιν. ὀδύσσεια γὰρ ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, ὅσα αὐτῷ συνέβη, &c. Deinde pòst: σχεδὸν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν δρῶσι. διὸ ὥσπερ εἴπομεν, ἤδη καὶ ταύτῃ θεσπέσιος ἂν φανείη ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους, τῷ μὴ δὲ τὸν πόλεμον, καίπερ ἔχοντα ἀρχήν, καὶ τέλος ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον. λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι. ἢ τῷ μεγέθει μετριάζοντα, καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ. νῦν δ' ἓν μέρος ἀπολαβὼν ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν πολλοῖς, οἷον νεῶν καταλόγῳ, καὶ ἄλλοις ἐπισοδίοις, οἷς διαλαμβάνει τὴν ποίησιν. Quem ego locum propterea totum pono, quòd versus ille, Nec reditum Diomedis. & qui sequuntur aliquot, eandem propè sententiam

complectuntur, & inde quasi lucem accipiunt. Ac postremò alibi, ὅτι
,, ἅπασιν ὅμηρος κέχρηται, καὶ πρῶτος, καὶ ἱκανῶς. Horatius ipse pòst hoc ipso libro, insignem eundem, vt de Græcis quidam κλεινὸν, appellat. Nemo itaque homerum sine laude appellauit, nemo sine honoris præfatione illius vnquam nomen extulit. *Dic mihi Musa virum*) Sunt hi versus duo apud Ausonium quoque in periocha libri primi Odyss. hinc, vt opinor, sumpti. Idem verò Horatius in. 1. Epist. ad Lollium ijsdem penè verbis,

,, *Qui domitor Troiæ multorum prouidus vrbes,*
,, *Et mores hominum inspexit.* —

Captæ post tempora Troiæ) Est in manuscripto perueteri codice captæ post mœnia Troiæ. lectio non sanè contemnenda, vt sit hic figura poëtis non insolens, id est, post capta Troiæ mœnia. *Non fumũ ex fulgore*) Fumus ingenti flammę & splendori futuro ferè antecedit, ignescit enim demum fumus, & in flammã quasi conuersus latè lucet & coruscat emicans. Ergo poëtæ fumũ tollunt, cùm in operis principio de rebus magnis se dicturos magnificè pollicentur, expectãt alij flammam, & quod sub fumo latet, & erumpet tandem, ille verò totus abit in fumos. cõtrà Homerus fumum quidem ille præferens, splendet pòst verbis & rebus nitidissimus. ex fumo quoq; lucem Virgilius dare existimatur, qđ principio Æneid. sic orditur tenuiter & obscurè, Ille ego qui quondam. & quæ sequuntur. deinde mox assurgit, & collucet totus erumpens in illa, At nunc horrentia Martis, &c. Dicto notari solent veteri ostentatores, & fumos vendere dicuntur. *Vt speciosa dehinc miracula promat*) Proœmium ipsum de rebus significare quum vellet, fumum dixit: res verò ipsas, & poëtę promissa, fulgorem & miracula. Aristotelis eadem prorsus esse videtur sententia, qui paucis breuibusq; proœmiis Homerum contentum esse dicit, deinde mox aliquem cuius mores effingit, inducere. Deinde verò, vt in Tragœdiis, sic in Heroico poëmate Mirũ quod vocat, cerni sæpè atq; existere. sed ego locũ ipsum iam profero, ὅμηρος δὲ
,, ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ, ὃ δεῖ
,, ποιεῖν αὐτόν. αὐτὸν γὰρ δεῖ τὸν ποιητὴν ἐλάχιστα λέγειν. οὐ γάρ ἐστι κατὰ ταῦτα μι-
,, μητής. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι αὐτοὶ μὲν δι' ὅλου ἀγωνίζονται, μιμοῦνται δὲ ὀλίγα καὶ ὀλι-
,, γάκις. ὁ δὲ ὀλίγα φροιμιασάμενος, εὐθὺς εἰσάγει ἄνδρα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄλλο τι ἦθος,
,, καὶ οὐδὲν ἄηθες, ἀλλ' ἔχον ἦθος. δεῖ μὲν οὖν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ποιεῖν τὸ θαυ-
,, μαστὸν, μᾶλλον δ' ἐνδέχεται ἐν τῇ ἐποποιίᾳ τὸ ἀνάλογον. διὸ συμβαίνει μάλιστα
,, τὸ θαυμαστὸν, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν εἰς τὸν πράττοντα. Plinius secundus in. 9. Epist. Demosthenis non ῥήματα, sed θαύματα scribit Æschinem solitum fuisse dicere. *Antiphaten Scyllamque, &c.*) Nomina sunt episodiorum in Homerico poëmate. A rebus enim ipsis & personis episodia veteres appellabant. vt νίπτρα, ἀπόλλου, ἔκθεσιν, Antiphaten, Cyclopen &c. Antiphatæ & Cyclopis simul nomina eidem versu intexuit Ouid. 14. Metamorph.

,, *Antiphatæ memores, immansuetiq; Cyclopis.*

Quem paulò antè versum præclare multa egregius poëta de Antiphate

&

& Cyclope. *Nec reditum Diomedis*) Hos ego versus cõferendos & cõiungendos monui cum iis Aristotelis verbis, quæ suprà posui. est enim in poëmate τοῦ μήκους ac μεγέθους vel imprimis habenda ratio, ne improba sit & μακρὰ σύστασις. Apud Ciceronem in primo de Legib. Cicerones ipsi fratres de historia nonnihil dissentiunt, alter enim longissimè atq; altissimè repetendam putat, alter verò suorum temporum vel certè proximorum conscribendam existimat. Sed est, inquit Quintus, quædam inter nos parua dissensio. Atticus. Quæ tandem? Quint. A quibus temporibus scribendi capiatur exordium. Ego enim ab vltimis censeo, quoniã illa sic scripta sunt, vt ne legantur quidem: ipse æqualem ætatis suæ memoriam deposcit, vt ea complectatur, quibus ipse interfuit.

Et in medias res Non secus ac notas) Summa virtus, ita res ipsas nõ notas scribere, vt hi tamen qui legunt non nunc primùm nosse, sed agnoscere potius videantur, & poëta quasi inter agnoscentes ipse versetur.

Desperat tractata nitescere) Res eiusmodi quædam sunt, q̃ ieiunæ ipsæ p sese & aridulæ, benè narrando tamẽ poliantur, ornentur, & quasi colorentur. Quædam autem ita spinosæ sunt & horrentes, excoli vt nequeant, & ornari negent ipsæ. verba ipsa Horatij translationem redolent ab iis rebus, quæ poliuntur & splendescunt vtendo, in his ferrum. de vomere Virgilius dixit in primo Georg.

Et sulco attritus splendescere vomer.

Atq; ita mentitur) Non tam opus esse arbitror longa explicatione q̃ simillimorum Aristot. & Horatij verborum diligenti collatione. Aristot. in Poëtica verba sunt, δεδίδαχε δὲ μάλιστα ὅμηρος, καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν, ὡς δεῖ, ἔστι δὲ τοῦτο παραλογισμός. οἴονται γὰρ ἄνθρωποι ὅταν τοῦ δὲ ὄντος ἢ γινομένου, τοδὶ γίνεται, εἰ τὸ ὕστερον ἐστί, καὶ τὸ πρότερον εἶναι, ἢ γίνεσθαι. τοῦτο δέ ἐστι ψεῦδος, διὸ δὴ, ἂν τὸ πρῶτον ψεῦδος ἄλλου δὲ τούτου ὄντος ἀνάγκη εἶναι ἢ γενέσθαι, ἢ προσθῆναι, διὰ γὰρ τὸ εἰδέναι τοῦτο ἀληθὲς ὄν, παραλογίζεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ κατὰ τὸ πρῶτον, ὡς ὄν. Cùm sic igitur mentes hominum poëtæ ipsius arte & elegantia captæ atque illusę, falsa & conficta pro veris habent & credunt, existit ille paralogismus: is verò qui decipitur, παραλογισμὸν ποιεῖν dicitur. Aristoteles enim alibi sic loquitur, ἔστι δέ τις καὶ σύνθετος ἐκ παραλογισμοῦ τοῦ θεάτρου, οἷον ἐν τῷ ὀδυσσεῖ, τῷ ψευδαγγέλῳ. ὁ μὲν γὰρ τὸ τόξον ἔφη γνώσεσθαι, ὃ οὐχ ἑωράκει, ὁ δὲ ὡς δι' ἐκείνου ἀναγνωριοῦντος διὰ τούτου ἐποίησεν παραλογισμόν. Itaque multa sunt in poëmate vera, multa etiã & plura sæpe sunt falsa, probabilia tamen, quæq; poëtæ ipsi, vt ait Aristoteles, διὰ τῶν εἰκότων συνίστανται. Remiscendi autem verbo iterum vtitur Horatius lib. 4. Carm. in Augusti laudibus,

Lydis remisto carmine tibijs.

Primo ne medium) Ita falsa cum veris consonent, vt probabilia & vera omnia videantur, nec secum ipsa vspiam dissentiat oratio. Mendacem enim, aiunt, memorem esse oportet. His tamen verbis Horatius Græca omnino Aristotelis illa exprimit, quibus quid totum sit, ipse de-

„ finit in Poëtica sic, ὅλον δέ ἐστι τὸ ἔχον ἀρχὴν, καὶ μέσον, καὶ τελευτήν. Donatus in commentariolo de Tragœdia & Comœdia hanc quoque in sum-
„ mis Terentij laudibus numerans ait, Adde quòd argumenti ac styli ita
„ attentè memor est, vt nusquam non cauerit aut curauerit ea, quæ ob-
„ esse potuerunt: tum quòd media primis atque postremis ita nexuit, vt
„ nihil additum alteri, sed aptum ex se totum & vno corpore videatur
„ esse compositum.

Tu quid ego, & populus mecum desideret, audi.
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusq; decor naturis dandus, & annis.

Hæc etiam ad mores, partem illam scilicet, quam ἦθος Græcè dici suprà demonstrauimus, referri debent. Decorū enim ipsum ex hac vna parte constat vel maximè, cuius decori studiosissimum esse poëtam oportet. In eoq; excelluisse Terentium scribit Donatus eius omnes ferè partes
„ persequens his verbis, Tum personarum leges circa habitum, ætatem,
„ officium, partes agendi nemo diligentius Terentio custodiuit.

Desideret) postulet ac requirat in omni poëmate. *Si plausoris eges*) Erat in antiquis codicibus, Plosoris. quomodo ferè apud Catonem plostrum pro plaustro, & eiusmodi nonnulla alia, quæ sunt, vt opinor, ab aliis diligenter animaduersa. Ita demum, inquit, plausum merebere, si mores in personis diligenter notaris atque expresseris. Quod autem plausoris dixit, simile hoc est illius, quod Græcè ab Aristotele κροτεῖσθαι
„ commodius dicitur. Ille verò sic loquitur in Poëtica, πολλοὶ δὲ πλέξαντες
„ εὖ, λύουσι κακῶς, δεῖ δὲ ἄμφω ἀεὶ κροτεῖσθαι.

Aulæa manentis) Aulæorum mentio tribus fit apud Horatium locis. hoc loco. In epist. ad Augustum, quum ait,

„ *Quatuor aut plureis aulæa premantur in horas.*

In secundo Sermonum Satyra. 8.

„ *Interea suspensa graues aulæa ruinas*
„ *In patinam fecere.* —

Apud Virgilium verò duobus locis. in principio. 3. Georg.

„ *Puerpurea intexti tollunt aulæa Britanni.*

Et in extremo. 1. Æneid.

„ — *Aulæis iam se regina superbis*
„ *Aurea composuit sponda.* — Apud Cicer. verò in ora-
„ tione pro Cælio, Mimi est iam ergo exitus, nō fabulæ, in quo cùm clau-
„ sula non inueniatur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepāt,

au-

aulæum tollitur. Quibus è locis omnibus intelligimus aulæorum vſum in ſcena maximum fuiſſe, ſiue ſternerentur hæc, ſiue etiam ſuſpenderentur. Verùm ſi Seruij verba diligenter attendimus, & locos omnes à me iam poſitos, intelligemus aulæa ipſa indui, ſterni, ſuſpendi conſueuiſſe. Hæc verò ornandæ ſcenæ cauſa, ab eo quem σκευοποιὸν Græci appellant, comparabantur, & eius opera atque arte conſtabant & adhibebãtur omnia. Ælius Donatus eruditè quid aulæum ſit, interpretatur. Aulæa quoque, inquit, in ſcena in terra ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vſq; perlatus, pro quibus ſiparia ætas poſterior accepit. Eſt autẽ minutum velum, quod populo obſiſtit, dum fabularum actus cõmutantur. *Aulæa manentis*) dum tollantur ſcilicet.

Et vſque ſeſſuri) Sedere & plaudere verba ſunt ſcenica, à quibus etiã ſeſſor & plauſor ipſe dicebatur ſpectator. Idem in.2.Epiſt.ad Florum,

In vacuo lætus ſeſſor plauſorq; theatro.

Vos plaudite) Quę verba pronunciari ſolent in extremo actu peracta iam fabula & ad exitum perducta. *Ætatis cuiuſque*) Ætates vt ait Philo, alij plures numerant, eas Hippocrates ὥρας, vt idem quoq; ait, alij vocant ἡλικίας. *Mores*) τὸ ἦθος. *Mobilibusq; decor naturis dandus & annis*) Mobiles anni dicuntur commutabiles, inconſtantes, vel qui facilè flecti aliam in partẽ poſſunt, aliosq; atque alios mores ſuſcipere. Quibus ego verbis tenerorũ ætatem ſignificari exiſtimo, eod. modo de vitulo in.3. (Georg. Virg.

Tu quos ad ſtudium atq; vſum formabis agreſtem,
Iam vitulos hortare, viamq; inſiſte domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Mobilem verò dici etiam inconſtantem, nec in eadem voluntate ac ſententia permanentem, indicant illa Q. Metelli verba in Epiſt. ad Cicer. Te tam mobilem eſſe in me meosq; animo non ſperabam. Quæ repetens Cicero ac reſpondens, ſtabilem mobili opponit, Nec in te, inquit, animo fui mobili, ſed ita ſtabili, vt in mea erga te voluntate etiã deſertus ab officiis tuis permaneam. Cęſar quoque in.4.de Bello Gallico eodem modo mobiles Gallos dixit, pro leuibus atque inconſtantibus. His de rebus, inquit, Cęſar certior factus, & infirmitatẽ Gallorũ veritus, quòd ſunt in conſiliis capiendis mobiles, & nouis plerunq; rebus ſtudent: nihil his committendum exiſtimauit. Puerorum verò varia ſunt & mutabilia ingenia, de quibus ſcita ſunt illa Horatij in epiſt. ad Auguſtum,

Sub nutrice puella velut ſi luderet infans,
Quod cupidè petiit, maturè plena reliquit.

Idem mobiles riuos, mobilia folia etiam vocat, in.1.Carm.7.&.23.Od. Decor autem pro decoro debet hìc accipi. Quo ſanè modo Quintil. non vno accepit loco, in.10.de Poetis agens ſcribit, Namq; ab his & in rebus ſpiritus, & in verbis, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur. Atque iterum eodem in lib. Id quoque vitandum, in quo

„ magna pars errat, ne in oratione Poëtas nobis & historicos, in illorum
„ operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique
„ proposita lex, suus cuique decor est.

Naturis dandus & annis) Sic annos hîc & naturam simul iungit, vt in. 2. Serm. Saty. 4. naturam & ætatem. ait enim,

„ *Piscibus atque auibus, quæ natura, & foret ætas.*

Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere: & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.

Puerilis ætatis ingenium moresq; describit, vt in pueri moribus tractandis Poeta ne erret. *Reddere qui voces*) In manuscripto vno, Vocẽ. vtroq; tamen modo Virg. & voces, & vocem dixit reddere in. 6. Æne.

„ — *Datur ora tueri*
„ *Nate tua, & notas audire & reddere voces?* Et in. 8.
„ *Reddidit vna boum vocem.* —

Et pede certo Signat humum) Niti iam potest. Neque verò longè recedit ab ea ratione dicendi, qua Virgil. est vsus in. 3. Georgic. ipso illo in loco quem suprà posui,

„ *Et summo vestigia puluere signat.*

Ouid. lib. 15. Metamor. de infantis agens ætate, pro certo, firmum dixit,

„ *Editus in lucem iacuit sine viribus infans,*
„ *Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum,*
„ *Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo*
„ *Constitit.* — *Gestit paribus*) Pares, aiunt, cum paribus facillimè cõgregãtur. Quod aũt dixit, gestit colludere, Persius similiter Sat. 1.

„ *Non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit*
„ *Sordidus.* — *Et iram colligit, & ponit temere*) Hanc ipsam puerorum naturam comicus eleganter expressit in Hecyra,

„ *Pueri inter se quàm pro leuibus noxis iras gerunt?*
„ *Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmũ gerunt.*
„ *Itidem illæ mulieres sunt fermè, vt pueri, leui sententia:*
„ *Fortasse vnum aliquod verbum inter eos iram hanc conciuerit.*

Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,

Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere pernix.

Aristot.in.2.Rhetor.tres tantum ætates numerans, ait, ἡλικίαι δέ εἰσι νεότης, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας. quas tamen, vt suprà posui, Philo ab aliis non eodem numero comprehendi dixit. Est hæc igitur νεότητος descriptio, quò pueritiam quoque referri posse existimo, id eò mihi fit probabilius, quòd in versibus quibusdam Solonis apud Philonem παῖς ἄνηβος etiam dicatur. Sed quia in describendis his ætatibus multa sunt Horatio cum Aristotele communia, conferemus suo loco, quasiq; aptabimus inter se vtriusq; verba. *Imberbis iuuenis*) Sic ea propriè ætas describitur, quæ imberbis appellari solet. Sed contra Carisij sententiam iuuenis imberbis, aut iuuentus dicitur. Imberbum enim iuuenem ille & imberbam iuuentutem dici vult. eius verba lib. 1. sunt, Imberbi autem dicuntur non imberbes: sic enim & Varro de actionib. Scenicis. 5. Imberbi iuuenes. Sic & Cicero imberbum protulit non imberbem. Ex calendis Ianuariis de lege Agraria imberba iuuẽtute. Titus Histor. 18. Imberbes vulgariter.

Tandem custode remoto) Exprimit verbum ipsum, tandem, molestiam, qua puer afficiebatur, quamdiu fuerat inuitus in longa custodia, & indipiscendæ libertatis summam cupiditatem, more & modo vt viueret suo. Custos aũt morum magister & moderator is dicitur, quem Græci dicunt παιδαγωγόν. Idem in primo Serm. Satyr. 4.

Dum custodis eges. — Et in hoc libro pòst,

Aut custos famulusque Dei Sylenus alumni.

Gaudet equis canibusque) Quod plerisq; omnes faciunt adolescentuli, vt animum ad aliquod studium adiungãt, aut equos alere, aut canes ad venandũ. Hæc sunt Comici, quæ spectauit omnino hæc scribens Horat.

Cereus in vitium flecti) Mollis, inquit, est ea ætas, & in vitium prona & procliuis. Aristot. ἀκολουθητικοὺς Græcè propriè eleganterq; idem exprimens appellat. verba illius sunt, καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν μάλιστα ἀκολουθητικοί εἰσι ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης.

Vtilium tardus prouisor) Verbum Tardus, græcę particulæ cuiusdam vim mihi videtur exprimere ὄψε, verbũ vt vnum ex vtroque, ex tardo & prouisore fieri cõmodè possit. *Prodigus æris*) Ferè sunt profusi adolescentes & sui, & alieni. in Adelph. Terentij fabula improbè Æschinus à patre multa contendit, ille respondens adolescentum ingenium ac largitatem exprimens ait,

Promisti autem? de te largitor puer.

Sublimis) Sic, puto, exprimit illud Aristotelis, καὶ φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι. ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης. ἡ δὲ νίκη ὑπεροχή τις. Ac pòst, καὶ μεγαλόψυχοι: οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ βίου οὔπω τεταπείνωνται, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων ἄπειροί εἰσι, καὶ τὸ ἀξιοῦν αὑτὸν μεγάλων μεγαλοψυχία: τοῦτο δ' εὐέλπιδος. Itaq;

sub

ſublimis ſit, vel ὑπεροχῆς ἐπιθυμῶν, vel μεγαλόψυχος. Cupidusque) Reſpondet huic Ariſtotelia, οἱ μὲν οὖν νέοι, τὰ ἤθη εἰσὶν ἐπιθυμητικοί. Ac mox deinde, ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις, καὶ οὐ μεγάλαι. Saluſtius, vt opinor, nobilium voluntates eſſe vehementes cùm dicat, Ariſtotelium verbũ ὀξεῖαι ſanè exprimit. Et amata relinquere pernix) Etenim, vt iam ſuprà poſuit, mutatur in horas. Apud Ariſtot. hæc, εὐμετάβολοι, καὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας. Idem in Epiſt. ad Auguſtum, vtrunque & puerorum vehemens in appeteſcendo ſtudium, & maturum præproperumque faſtidium pulcerrimis hiſce verſibus indicat,

Sub nutrice puella velut ſi luderet infans,
Quod cupidè petiit, maturè plena reliquit.

Conuerſis ſtudiis ætas, animusq; virilis
Quærit opes, & amicitias, inſeruit honori:
Comiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.

Virilis ætas breuiter ſuis quaſi pingitur coloribus, in qua tamẽ deſcribenda quædam etiam ponuntur, quorum alia adoleſcentum, alia ſeniorum ætati tribuit Ariſtoteles. *Conuerſis ſtudiis*) Ariſtotels non in huius, ſed ſenilis ætatis deſcriptione, cùm de adoleſcẽtum dixiſſet, penè eodem modo Græcè dixit, οἱ δὲ πρεσβύτεροι καὶ παρ[...]μακότες σχεδὸν ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις. Et pòſt, ἐναντίως γὰρ διάκεινται τοῖς νέοις. *Ætas animusque virilis*) Ætas hæc ἀκμὴ ab Ariſtotele dicitur, ac id ætatis homines ἀκμάζοντες. *Quærit opes*) Senes potius ab Ariſtotel. φιλοχρήματοι, & πρὸς τὸ συμφέρον ζῶντες etiam dicuntur. In virili verò ætate temperata ſunt & moderata omnia, quę in reliquis duabus ſumma ſunt. Et *amicitias*) Adoleſcentes magis q̃ cæteri ſunt eiuſmodi. ait enim Ariſtotel. καὶ φιλόφιλοι, καὶ φιλέταιροι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἡλικιῶν. *Inſeruit honori*) Dubito an obſequiũ cultumque atque obſeruantiã intelligã, qua proſequatur honoratos viros, & honore magiſtratuque fungentes in Repub. an ambitionẽ potius, qua miſerè torqueatur. Probabilius hoc alterum, quòd cùm huic ætati φιλοφιλίαν, ſiue πολυφιλίαν ac φιλεταιρίαν tribuerit, quæ ſunt adoleſcẽtiæ propria, hoc quoque illius ætatis propriũ videatur tribuere, φιλοτιμίαν videlicet. Ariſtotelis verba ſunt, καὶ φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι.

Comiſiſſe cauet quod mox mutare laboret) In manuſcripto quodam pro duabus vocibus, Mox mutare, vna legebatur permutare. Aut eadem omnino eſt, aut huic certè non aliena ſententia verſus illius ex Elegia Solonis, quæ eſt apud Philonem,

Τῇ δ' ἐνάτῃ περὶ πάντα καταρτύνεται νόος ἀνδρός,
Οὐ δ' ἔρδειν ἔθ' ὅμως ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.

Expreſſit enim Horat. illis, vt puto, verbis, Quæ mox mutare laboret. quæ dixit Solon, ἔργα ἀπάλαμνα. Matij certè verba in Epiſt. ad M. Tulliũ eadem

eadem prorsus sententia locũ hunc miris modis illustrant. Scribit enim
„ Matius hæc, An quod adolescẽs præstiti, cùm etiam errare cum excusa-
„ tione possem, id nũc ætate præcipitata cõmutem, ac me ipse retexam?
„ Non faciam, neque quod displiceat committam.

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quòd
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quòd res omnes timidè gelideq́; ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidusq́; futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatorq́; minorum.

Id ætatis homines Aristot. πρεσβυτέρους & παρηκμακότας appellat.
„ *Quærit*) Aristot. ait, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον ζῶσιν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ καλὸν, &c.
„ ac post, ὥστε οὔτε ἐπιθυμητικοὶ· οὔτε πρακτικοὶ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ κατὰ
„ τὸ κέρδος. διὸ σωφρονικοὶ φαίνονται οἱ τηλικοῦτοι. αἵτε γὰρ ἐπιθυμίαι ἀνείκασι,
„ καὶ δουλεύουσι τῷ κέρδει. *Et inuentis miser abstinet*) Partis opibus non vtuntur perparci senes, omnes (vt ait Comicus) ætate ad rem attenti. Eiusmodi homines auaros ac sordidos, consuetudo loquendi nostra hodie etiam miseros vocitat: Aristot. verò ἀνελευθέρους.

Ac timet vti) Eandem sententiã pluribus verbis idem in 2. Serm. Sat. 3.

„ *Si quis emat citharas, emptas comportet in vnum,*
„ *Nec studio citharæ, nec Musæ deditus vlli:*
„ *Si scalpra, & formas non sutor: nautica vela*
„ *Auersus mercaturis: delirus & amens,*
„ *Vndiq; dicatur meritò. quid discrepat istis,*
„ *Qui nummos, aurumq́; recondit, nescius vti*
„ *Compositis, metuensq́; velut contingere sacrum?*

Vel quòd res omnes timidè) Sunt enim, vt ait Aristot. καὶ μικρόψυχοι, καὶ
„ δειλοὶ, καὶ πάντα προφοβητικοί. Cic. in 2. Tusc. & si quidem nõ de eadẽ ætate,
„ similiter tamen dixit, Prouidendũ est, ne quid abiectè, ne quid timidè,
„ ne quid ignauè faciamus. *Gelideq́; ministrat*) Sequitur apud Arist. ἐναντίως
„ γὰρ διάκεινται τοῖς νέοις: κατεψυγμένοι γὰρ εἰσίν· οἱ δὲ θερμοί. ὥστε προωδοπε-
„ ποίηκε τὸ γῆρας τῇ δειλίᾳ: ἥ γὰρ ὁ φόβος κατάψυξίς τις ἐστι. Verba sunt apud Sosipatrũ Caris. M. Caton. de cons. suo, cunctationẽ ac tarditatem, siue potius attentionẽ in agendo senilem hanc simillimè exprimẽtia: Censores,
„ inquit Cato, qui posthac fient, formidolosius, atq; segnius, atq; timidius
„ pro repub. nitentur. Teren. in Eun. in Parmenonis persona, adolescentis feruidi ardentisq; ad potiendã puellam audax consiliũ ꝓproperumq; damnãtis, calidũ id vocat, quòd temerè adolescens & subitò aggreditur.

Vide, inquit apud illum Parmeno, ne nimium calidum hoc sit modò. Quanquã Donatus callidum geminato l mauult legere. Iuuenis contrà feruidus, vt antè dixit, & suo illo præceps feruore quiduis audet, ipse de sese in .1. Carminum, Ode.16.

„ *— Me quoque pectoris*
„ *Tentauit in dulci iuuenta*
„ *Feruor, & in celeres iambos*
„ *Misit furentem. —*

Spe longus) Hæc si sint cum Aristotelis coniungenda verbis, aliam profectò sententiam habebunt, atq; interpretes ipsi volunt. Sunt autem
„ illius hæc, καὶ δυσέλπιδες, διὰ τὴν ἐμπειρίαν. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν πραγμάτων
„ φαῦλα ἐστίν. ἀποβαίνει γοῦν τὰ πολλὰ ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ διὰ τὴν δειλίαν, καὶ ζῶσι
„ τῇ μνήμῃ μᾶλλον ἢ τῇ ἐλπίδι. τοῦ γὰρ βίου τὸ μὲν λοιπὸν, ὀλίγον: τὸ δὲ παρεληλυθὸς,
„ πολύ. ἐστὶ δὲ ἡ μὲν ἐλπὶς, τοῦ μέλλοντος: ἡ δὲ μνήμη τῶν παροιχομένων. Ergo spe longus est senex ipse, qui vix tandem adduci potest vt benè speret, vel speret tantùm. Idem Horat. in .1. Carm. Spem longã bis dixit eam, quæ bona sit, & ad multũ etiã tempus pertineat. Ad Sestium enim sic scribit,

„ *Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam.*

Et ad Leuconen,

„ *Sapias, vina liques, & spatio breui*
„ *Spem longam reseces: dum loquimur, diffugit inuida*
„ *Ætas, carpe diem, quamminimùm credula postero.*

Alibi verò in .1. Epist. spes ratas, & spem diuitẽ dicit eam quã vina faciunt, & fœcundi calices. *Iners*) Dici solet ignaua senectus. *Auidusq; futuri*) Aristot. verò sunt hæc, καὶ φιλόζωοι καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ,
„ διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν καὶ οὗ δὲ ἐνδεεῖς, τούτου μάλιστα ἐπιθυμοῦσι.
Futuri aũt sic dixit, vt Aristot. suprà τοῦ μέλλοντος. Idẽ in .2. Serm. Saty.2.

„ *— Contentus paruo, metuensq; futuri.*

Difficilis, querulus) Aristoteles φιλαίτιους appellat, quoniã sunt ipsi senes
„ μικρόψυχοι. Appellat etiã ὀδυρτικοὺς, καὶ οὐκ εὐτραπέλους, οὐδὲ φιλογελοίους. Ipse Horatius morosam canitiem, id est difficilem vocat in .1. Carm. Ode.9.

„ *Donec virenti canities abest Morosa. —*

Se puero, censor castigatorque) In duobus manuscriptis libris summutatur hic verborũ situs sic, Castigator censorq;. Se, inquit, ipsum in exemplum adducens mores iuniorum reprehendit & corrigit.

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. ne fortè seniles
Mandentur iuueni partes, puerôq; viriles:
Semper in adiunctis, æuoq; morabimur aptis.

Ita demum cuiq; ætati suum tribuemus, si quæ apportent anni, quæq; recedentes atq; abeuntes nobis detrahant, non nesciamus. *Multa recedentes*) Quos hic recedentes vocat, alibi accedentes videtur dicere in.2

,, Serm. Satyra 2. *— Vbique*
,, *Accedent anni, & tractari mollius ætas*
,, *Imbecilla volet. —*

Apud Stobæũ in Senect. laudibus ponitur Menandri sententia, quæ tũ ea quæ anni afferũt, tum quæ adimunt quoq;, vel certè firmiora reddit
,, & quasi corroborat, breuiter exponit, εἶτ' ἄλλ' ἀφαιρεῖν πολλὰ εἴωθε χρό-
,, νος ἡμῶν, τόγε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ. Ipse in.2. Epist. ad Florum, quæ anni & ætas iam deuexa nobis adimat enumerans, ait,

,, *Singula de nobis anni prædantur euntes,*
,, *Eripuêre iocos, venerem, conuiuia, ludum.*

Et in.2. Carm. eadem ferè, *— Fugit retrò*
,, *Leuis iuuentas, & decor, arida*
,, *Pellente lasciuos amores*
,, *Canicie, facilemq; somnum.*

Neque verò solùm adimunt, sed & incommoda etiam alia inuehunt.

Ne fortè seniles) Cùm sint hæc eò dicta omnia, vt ætatis cuiusq; propria distinguamus. Itaq; decorum vt tueamur ipsum & conseruemus in personis, videndũ etiam atq; etiam, ne confundamus & cõturbemus hominũ genera atq; ætatũ: sed apta cuiq; quæramus & psequamur vsquequaq;. *Semper in adiunctis*) Adiuncta & apta vocat ea, quæ Aristot. in Poëtica dicit ἁρμόττοντα, nõnulli alij Græci προσεικτικὰ τῷ γένει. Sed erat in antiquis codicibus ꝓ Morabimur, persona numeroq; aliis, Morabitur.

Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus: & quæ
Ipse sibi tradit spectator: non tamen intus
Digna geri, promes in scenam: multaq; tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens.

Potest hoc totum ad eam poëticæ partem referri, quæ ὄψις dicitur, quanquàm illius nomine apparatum ipsum atque ornatum scenæ ferè tantùm intelligunt. Aristot. tamen simillimo in loco de rerum quoque ipsarum actione disputans vtitur eo græco verbo. quę quia faciunt ad hæc quoque intelligenda, subiicimus, ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν καὶ τὸ ἐλεεινὸν
,, ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι, ἔστι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συστάσεως τῶν πραγμάτων, ὅπερ ἐστὶ
,, πρότερον καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. δεῖ γὰρ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν, οὕτω συνεστάναι τὸν μῦθον,

,, ὥστε τὸν ἀκούοντα τὰ πράγματα γινόμενα, καὶ φρίττειν, καὶ ἐλεεῖν ἐκ τῶν συμβαινόν-
,, των, ἅπερ ἂν πάθοι τις ἀκούων τὸν τοῦ Οἰδίποδος μῦθον. τὸ δὲ διὰ τῆς ὄψεως
,, παρασκευάζειν ἀτεχνότερον, καὶ χορηγίας δεόμενον. Cùm metus, inquit, & mi-
sericordia, quas sibi propositas perturbationes habet poëta, rebus ipsis
agendis & sub oculos subiiciendis magnopere commoueantur: maio-
ris tamen illud est artis, ac poëtæ longè præstantioris, res sic aptè ipsas
constituisse ac perscripsisse, vt cùm remoueãtur ab oculis, illæ ipsa tamẽ
cõmemoratione tum inhorrescamus, tum cõmisereamur etiam audien-
tes. Quibus sanè modis omnibus affici necesse est eos qui Oedipodis fa-
bulam tantũ audierint. At rebus ipsis admotis proprius & aspectis per-
turbationes illas demum in animis spectatorũ efficere atq; ingenerare.
id verò est operæ & negotij minoris, egetq; apparatu & rebus in sce-
nam comportatis. Itaq; Aristot. tum ὄψεως, tum χορηγίας vtens verbis in
ipsarum actione rerum, ad ὄψιν, quę dico, referri posse declarat. Res au-
tem ab Horatio fabula ipsa dicitur. Diomedis Grammatici verba hoc
,, ipsum explicantis sunt, Dramata autem dicuntur Tragica aut Comica,
,, παρὰ τοῦ δράειν, id est, agere. Latinè fabulæ appellantur siue factibulæ. in
,, Latinis enim fabulis plura sunt cantica quæ canuntur, vel à faciendo.
,, nam & agi fabula, non referri ab actoribus dicitur. Itaq; Horatius vtra-
,, que significatione interpretatur, cùm ita de fabula dicit,
,, *Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.* sicut in græco choro.

Irritant animos) In manuscriptis vnitatis numero legebam, animum.

Non tamen intus) Partem illam scenæ intelligit tectam, vnde personę
etiam in proscenium pulpitumq; prodibant. qua de parte sunt intelli-
genda sæpè apud Comicos verba, intro & intus. Terent. in Andr.

,, *Vos istæc intrò auferte.* —

Et in Hecyra,

,, *Sed quid hoc negoti? modò quæ hæc narrauit mihi*
,, *Hîc intus Bacchis?* —

Quæ mox narret facundia præsens) Neq; verò narrabitur διὰ τῆς ἀπαγ-
γελίας, sed inter se colloquentium sermone personarum. Præsens autem
non tam nomen mihi nunc esse videtur, quàm aduerbium idem pror-
sus quod illud alterum Coràm, quo Neuius, referente Carisio, est vsus
,, in Tarantilla, Primùm ad virtutem vt redeatis, abeatis ab ignauia, do-
,, mo præsens patriam vt colatis potiusquàm peregri probro. Sin autem
nomẽ esse volumus, intelligemus præsentem facundiam, quæ res ipsas
ita narret, vt geri iam ante ora atq; oculos videãtur: sic scilicet, vt præ-
sens remedium, præsens venenum dicitur, efficacissimum vtrumque, &
ad res omnino contrarias valentissimum. quo de facundię genere ver-
,, ba sunt apud Aristotelem in Poëtica, hæc, δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι καὶ
,, τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενον. οὕτω γὰρ ἐναρ-
,, γέστατα ὁρῶν, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομένοις, &c.

Nec

Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreûs:
Aut in auem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Exempla sunt eorum, quæ sunt intus gerenda, neque promenda in scenam, id est, præcepta ratioq; tractandi τοῦ πάθους. Sunt enim fabulæ partes tres, περιπέτεια, ἀναγνώρισις, πάθος. Verba hac de re Aristot. in Poëtica sunt,
„ δύο μὲν οὖν μέρη περὶ ταῦτ' ἐστὶ, περιπέτεια, καὶ ἀναγνώρισις, τρίτον δὲ,
„ πάθος, τούτων δὲ περιπέτεια, καὶ ἀναγνώρισις εἴρηται. πάθος δέ ἐστι πρᾶξις φθαρ-
„ τικὴ, ἢ ὀδυνηρὰ, οἷον, οἵ τε ἐν τῷ φανερῷ θάνατοι, καὶ αἱ περιωδυνίαι, καὶ τρώσεις,
„ καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ex hac tertia parte misericordia & pauor ferè sequuntur, quæ duo sibi habet proposita tragicus. ea si verborum vi & ipsius artis beneficio conficit, & in animos nostros immittit poëta, longè est illo melior, qui scenæ apparatu ipsius, rebusq; aliis eodem importatis vel misereri, vel pauere tandem cogit spectatorē. Quæ omnia sic Arist.
„ ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν, καὶ τὸ ἐλεεινὸν ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι, ἔστι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς
„ συστάσεως τῶν πραγμάτων, ὅπερ ἐστὶ πρότερον, καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. δεῖ γὰρ ἄνευ
„ τοῦ ὁρᾶν, οὕτω συνεστάναι τὸν μῦθον, ὥστε τὸν ἀκούοντα τὰ πράγματα γινόμενα, καὶ
„ φρίττειν, καὶ ἐλεεῖν ἐκ τῶν συμβάντων, ἅπερ ἂν πάθοι τις ἀκούων τὸν τοῦ οἰδίπο-
„ δος μῦθον. τὸ διὰ τῆς ὄψεως τοῦτο παρασκευάζειν ἀτεχνότερον, καὶ χορηγίας
„ δεόμενον ἐστίν. οἱ δὲ μὴ τὸ φοβερὸν διὰ τῆς ὄψεως, ἀλλὰ τὸ τερατῶδες μόνον
„ παρασκευάζοντες, οὐδὲν τραγῳδίᾳ κοινωνοῦσιν. οὐ γὰρ πᾶσαν δεῖ ζητεῖν ἡδονὴν
„ ἀπὸ τραγῳδίας, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν.

Nec *pueros coram*) In antiquis codicib. Ne. legebatur: nec magni refert vtro modo legas. Aristoteles id Euripidem fecisse videtur indicare, quanquã illius loci verbum ἐποίουν aliter interpretari possumus, ita videlicet Euripidem finxisse occisos à Medea liberos, siue intus id, siue in scena coram populo ageretur. verba quidem ipsius cum his Horatij
„ consentiunt maximè: ait enim, ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίνεσθαι τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ
„ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γινώσκοντας. καθάπερ καὶ εὐριπίδης ἐποίησεν
„ ἀποκτείνουσαν τοὺς παῖδας τὴν μήδειαν. Sic enim hic παῖδας dixit, vt Horat. pueros, id est, liberos. Quo modo idem ꝓ liberis accipit in. 2. Ser. Sat. 3.

„ *Seruius Oppidius Canusi duo prædia diues*
„ *Antiquo censu, natis diuisse duobus*
„ *Fertur: & hoc moriens pueris dixisse vocatis*
„ *Ad lectum.* — Et in Bruto Cicero,
„ Tum igitur recusans Galba pro sese & pop. Ro. fidem implorans, cùm
„ suos pueros, tum C. Galli etiam filium flens commendabat. cuius orbi-
„ tas mirè miserabilis propter recentem memoriam clarissimi patris: isq;
„ se tum eripuit flammæ propter pueros misericordia cõmota, sicut idem
„ scriptum reliquit Cato. Atque idem Horatius alibi Semeles puerũ Bac-

chum

chium, & Cithereæ puerum alitem Cupidinem eodem modo appellat. Vt in.3.Carm. quoque *— Ter vxor*

Capta virum puerosq; ploret. Et antè in.2.

— Æqua tellus

Pauperi recluditur,

Regumque pueris. — *Aut in auem Progne)* Est enim hoc, quod suprà dixit Aristoteles, & τερατῶδες, & χορηγίας δεόμενον. Nec recipit ipsa scena μεταμορφώσεις huiusmodi. *Quodcunq; ostendis mihi sic)* Quæ vel palàm exhibes atrocia & immania facta, vel rerum in aliud genus mutationes, nemo credit. Poëta verò cùm omnino imitetur, de tribus vnum scilicet effingat necesse est, vel cuiusmodi res olim fuerit, vel sit, vel esse dicatur ac videatur, vel esse denique oporteat. Aristotel. ait, ἐπεὶ γάρ ἐστι μιμητὴς ὁ ποιητής, ὥσπερ ἂν ἢ ζωγράφος, ἤ τις ἄλλος εἰκονοποιός, ἀνάγκη μιμεῖσθαι, τριῶν ὄντων τὸν ἀριθμόν, ἕν τι ἀεί. ἢ γὰρ οἷα ἦν, ἢ ἔστιν, ἢ οἷα φασί, καὶ δοκεῖ, ἢ οἷα εἶναι δεῖ. Vult itaque Aristoteles illam imprimis à Poeta virtutem retineri, quam πιθανότητα Græci vocāt, abesse verò ἀλογίαν & μοχθηρίαν. Sed ego locos, quicunque sunt apud illum in Poetica ea de re, colligo, χρὴ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἤθεσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων συστάσει ἀεὶ ζητεῖν ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ τὸ εἰκός. καὶ τοῦτο μετὰ τοῦτο γίνεσθαι, ἢ ἀναγκαῖον, ἢ εἰκός. Et, ἄλογον δὲ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς πράγμασιν. εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς τραγῳδίας, οἷον τὰ ἐν τῷ Οἰδίποδι τοῦ Σοφοκλέους. Atque alibi pòst, προαιρεῖσθαί τε ἀδύνατα, καὶ εἰκότα μᾶλλον, ἢ δυνατὰ καὶ ἀπίθανα, τούς τε λόγους μὴ συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων, ἀλλὰ μάλιστα μηδὲν ἔχειν ἄλογον. εἰ δὲ μή, ἔξω τοῦ μυθεύματος, ὥσπερ Οἰδίπους, τὸ μὴ εἰδέναι πῶς ὁ Λάιος ἀπέθανεν. Quos inter se locos duos si diligentius contulisset Robortellus, nec errasset ipse in interpretatione verbi ἄλογον, nec Paccium interpretem tam damnasset immeritò. Deinde verò in extremp libro hæc, Διαμάρτημα δὲ τὸ πρόβλημα εἰκός ἐστιν. ὅλως δὲ τὸ ἀδύνατον μὲν ἢ πρὸς τὴν ποίησιν, ἢ πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ πρὸς τὴν δόξαν δεῖ ἀνάγειν. πρός τε γὰρ τὴν ποίησιν αἱρετώτερον πιθανὸν ἀδύνατον, ἢ ἀπίθανον καὶ δυνατόν. Ac pauló pòst, ὀρθὴ δὲ ἐπιτίμησις, καὶ ἀλογία, καὶ μοχθηρία. ὅταν μὴ ἀνάγκης οὔσης μηθὲν χρήσηται τῷ ἀλόγῳ. ὥσπερ Εὐριπίδης τῷ Αἰγεῖ, ἢ τοῦ πονηρία. Ostendendi autem verbum, quo hic vtitur Horatius, est illud etiam scenicū, & ad actionem pertinens idemq; quod exhibere significans. Græcum par huic est δείκνυσθαι, quo Aristoteles est vsus in Poëtica, ἂν μὲν οὖν ἐχθρὸν ἀποκτείνῃ, οὐδὲν ἐλεεινὸν οὔτε ποιῶν, οὔτε μέλλων δείκνυσι, πλὴν κατ᾽ αὐτὸ τὸ πάθος. Xenophō verò in Herione ἐνδείκνυσθαι verbo eodem propè modo est vsus. sic.n.apđ illum. Hieron loquitur, ναὶ μὰ Δία, ὦ Σιμωνίδη, ὀλίγα τε τῶν πολλῶν, καὶ ταῦτα τοιαῦτα ὄντα, οὕτω τίμια πωλεῖται τοῖς τυράννοις, ὥστε οἱ ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ὁτιοῦν, ἀξιοῦσι πολλαπλάσια λαβόντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπιέναι παρὰ τοῦ τυράννου, ἢ ὅσα ἐν παντὶ τῷ βίῳ παρὰ πάντων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κτῶνται. Et Suidas in voce Thespis, καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμμυθίῳ ἐτραγῴδησεν. εἶτα ἀνδράχνῃ ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι.

Eodem

Eodem propè modo Fabius Quintilianus lib.8. Cap. de ornatu,in his eius verbis, Redditio autem illa rem vtramque quam comparat,velut subiicit oculis,& pariter ostendit.

Néve minor,neu sit quinto productior actu
Fabula,quæ posci vult, & spectata reponi.
Nec deus intersit,nisi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui persona laboret.

Hæc adhuc referri possunt ad ὄψιν omnia. Ne longa sit fabula, quæ teneat spectatorem inuitum ac oscitantem. Ne turpis etiam sit,aut impeditus eius exitus, & vt quarta persona vel nihil omnino, vel quàm parcissimè loquatur. Præceptum huius rei est apud Aristot. his verbis, καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιικὸν σύστημα τραγῳδίαν. ἐποποιικὸν δὲ λέγω,τὸ πολύμυθον, οἷον εἴ τις τὸν τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιεῖ μῦθον. ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος. ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. Et quę sequuntur. Atq; alibi, διαφέρει δὲ κατά τε τῆς συστάσεως τὸ μῆκος ἡ ἐποποιΐα, καὶ τὸ μέτρον. τοῦ μὲν μήκους ὅρος ἱκανὸς εἰρημένος. δύνασθαι γὰρ δεῖ συνορᾶσθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ τέλος. εἴη δ' ἂν τοῦτο, εἰ τῶν μὲν ἀρχαίων ἐλάττους αἱ συστάσεις εἶεν,πρὸς τὸ πλῆθος τῶν τραγῳδιῶν τῶν εἰς μίαν ἀκρόασιν τιθεμένων παρήκοιεν. ἔχει δὲ πρὸς τὸ ἐπικτείνεσθαι τὸ μέγεθος πολύ τι ἡ ἐποποιΐα ἴδιον,διὰ τὸ ἐν μὲν τῇ τραγῳδίᾳ μὴ ἐνδέχεσθαι ἅμα πραττόμενα πολλὰ μιμεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῆς σκηνῆς. καὶ τῶν ὑποκριτῶν μέρος μόνον. ἐν δὲ τῇ ἐποποιΐᾳ, διὰ τὸ διήγησιν εἶναι, ἔστι πολλὰ μέρη ἅμα ποιεῖν περαινόμενα, ὑφ' ὧν οἰκείων ὄντων αὔξεται ὁ τοῦ ποιήματος ὄγκος. Sed multo antè hæc, sunt illa eius verba, ὥστε δεῖ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων,καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἔχειν μὲν μέγεθος, τοῦτο δὲ εὐσύνοπτον εἶναι. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μύθων ἔχειν μῆκος. τοῦτο δ' εὐμνημόνευτον εἶναι τοῦ μήκους. ὁ δὲ μήκους ὅρος πρὸς μὲν τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν αἴσθησιν οὐ τῆς τέχνης ἐστίν. εἰ γὰρ ἔδει ἑκατὸν τραγῳδίας ἀγωνίζεσθαι πρὸς κλεψύδραν ἂν ἠγωνίζοντο: ὥσπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτε φασίν. ὁ δὲ κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος ὅρος,ἀεὶ μὲν ὁ μείζων,μέχρι τοῦ σύνδηλος εἶναι,καλλίων ἐστὶ κατὰ τὸ μέγεθος. ὡς δὲ ἁπλῶς διορίσαντας εἰπεῖν, ἐν ὅσῳ μεγέθει κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ ἀναγκαῖον, ἐφεξῆς γιγνομένων συμβαίνει εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυστυχίας, ἢ ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν μεταβάλλειν,ἱκανὸς ὅρος ἐστὶ τοῦ μεγέθους. In fine vero etiam illa, εἶτα καὶ τὸ ἐναργὲς ἔχει,καὶ ἐν τῇ ἀναγνωρίσει,καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, ἔτι τῷ ἐν ἐλάττονι μήκει τὸ τέλος εἶναι τῆς μιμήσεως. Quod vero dixit productior,expressit id verbũ quod est apud Aristot. παρατείνειν,scribit enim, ἀγωνίσματα γὰρ ποιοῦντες καὶ παρὰ τὴν δύναμιν παρατείναντες μῦθον,πολλάκις διαστρέφειν ἀναγκάζονται τὸ ἐφεξῆς.

Quinto productior actu) Quinquepartitos actus habuit tum vetus, tum noua comœdia. Id Donatus his verbis, Comœdia vetus ab initio chorus fuit, paulatimq; personarum numero in quinq; actus processit.

Et spectata reponi) Erat in quibusdam manuscriptis spectanda. rectum id quoque,vt iterum agatur spectanda populo. *Nec deus intersit*) Præceptum hoc ipsum his ab Aristotele verbis traditur, φανερὸν οὖν ὅτι καὶ

τὰς

„ τὰς λύσεις τῶν μύθων δεῖ αὐτοῦ διὰ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ,
„ ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ ἀπόπλουν. ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω
„ τοῦ δράματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ
„ δεῖται προαγορεύσεως, καὶ ἀγγελίας. ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν. Vt
sit hæc huius loci sententia, Deos à fabulis esse remouendos, neque nisi
necessariò, quum res humana ope exitum inuenire nõ potest, adhiben-
dos esse, & in machinam tollendos more & instituto illorum tempo-
rum, inde vt ipsi hęrentem quodammodo fabulam atq; implicatam sol-
uerent. Nodus enim huius loci verbum id exprimit, quod est apud Ari-
stot. δέσις. sunt autẽ poëticæ artis verba δέσις siue πλοκὴ, & λύσις, & πλέ-
„ κειν, & λύειν. δέσιν definit Aristot. sic, ἔστι δὲ πάσης τραγῳδίας τὸ μὲν δέσις,
„ τὸ δὲ λύσις. τὰ μὲν ἔξωθεν, καὶ ἔνια τῶν ἔσωθεν πολλάκις ἡ δέσις· τὸ δὲ λοιπὸν, ἡ
„ λύσις. λέγω δὲ δέσιν μὲν εἶναι τὴν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τούτου τοῦ μέρους, ὃ ἔσχατόν ἐστιν.
„ ἐξ οὗ μεταβαίνειν εὐτυχίαν, λύσιν τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μεταβάσεως μέχρι τέλους.
„ ac aliquantò pòst, cæteris verbis vtens scribit, Δίκαιον δὲ καὶ τραγῳδίαν
„ ἄλλην, καὶ τὴν αὐτὴν λέγειν οὐδὲν ἴσως τῷ μύθῳ. τοῦτο δὲ ὧν ἡ αὐτὴ πλοκὴ, καὶ λύ-
„ σις. πολλοὶ δὲ πλέξαντες εὖ, λύουσι κακῶς, δεῖ δὲ ἄμφω ἀεὶ κροτεῖσθαι. Donati
alia mens est atque sententia de Dis è machina non fabulam soluentib.
„ sed argumenta narrantibus. verba illius sunt, Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς,
„ id est, deos argumentis narrandis machinatos cæteri latini instar græ-
corum habent: Terentius non habet. Id fortè voluit Donatus, vt in
media quidem fabula siue in ipsa solutione nonnunquam adhibeantur,
ab ipsis certè principiis omnino deos esse remouendos.

Nodus vindice dignus) Docui nodi verbo par atque idem esse Aristo-
telium δέσιν siue πλοκὴν. Verùm Horatius & verbum sic ipsum Græcum
expressit, & metaphorã suo more per occasionem verbi eiusdem Nodi
proximam arripuit, alteram de duabus, vel à re bellica, vel à iure ciuili.
In re enim bellica nodus is esse dicitur, qui ipso in prælio irruentes ad-
uersas copias vnus sustinet ac moratur, quẽ demum aliquis dextra vin-
dice interimat, nodumq; hunc belli quasi soluat. Virgil. in. 10. Æneid.

„ *At non cæde viri tanta perterrita Lausus*
„ *Pars ingens belli sinit agmina, primus Abantem*
„ *Oppositum interimit, pugnæ nodumq;, moramq;.*

In iure verò ciuili vindex is dicitur, qui pro debitore iam neruo illigato
domumq; abducendo spondet, eumq; ab illo vindicat. in vetusto enim
„ iure lex illa hodie exstat, Assiduo assiduus vindex esto. Horatius igitur
in Aristot. verbis vel hanc, vel illam metaphoram commodè quæsiuit.

Nec quarta loqui persona laboret) In diuerbiis scilicet. quæ quia ferè ta-
ceat, à Græcis dicitur κωφὸν πρόσωπον, qua de re versus eiusmodi sunt
apud Martialem in. 6.

„ *Comœdi tres sunt, sed amat tua Paula Luperce*
„ *Quattuor, & κωφὸν Paula πρόσωπον amat.*

Neque

Neque verò video cur muta persona non possit eadem esse & quarta, quod tamen Georgius Merula dissentiens à Domitio Calderino pernegat, in eoq; contendit. Nam quæ Aristophanis interpretum ac Ciceronis verba ponit, ea nihil impediunt, quominus etiam quarta persona muta dicatur. Qui, vellem, de Diomedis testimonio ac verbis aliquid Domitio respondisset. Diomedis autem illa sunt, Dramate verò tres
,, personæ solùm agunt, ideoq; Horat. ait,
,, *Nec quarta loqui persona laboret.*
,, Quia quarta semper muta, ac Latini scriptores complures personas in
,, fabulas introduxere, vt spatiosiores frequentia facerent. Idẽ paulò pòst,
,, Diuerbia sunt partes comœdiarum, in quîs diuersorum personæ ver-
,, santur. Personæ autem diuerbiorum, aut duæ, aut tres, aut rarò quatuor
,, esse debent, vltra augere numerũ nõ licet. Donatus quoq; de Terentij virtutib. atq; præstantia in re comica multa cõmemorans, ita scribit, vt videatur ostendere summã in quatuor personis adhibendis esse sitã diffi-
,, cultatẽ, ne misceãtur inter sese. Illud quoq; mirabile, inquit, in eo, primò
,, quòd non ita miscet personas quatuor, vt obscura sit earum distinctio.

Auctoris partes chorus, officiumq; virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.
Ille bonis faueatq;, & concilietur amicè,
Et regat iratos, & amet peccare timentes:
Ille dapes laudet mensæ breuis, ille salubrem
Iustitiam, legesq;, & apertis otia portis:
Ille tegat commissa, deosq; precetur, & oret
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.

Chorus siue τὸ χορικὸν ex illis fabulæ partibus est, quæ quantitatis esse dicuntur, κατὰ τὸ ποσόν. Eius hoc loco partes muneráque quæ sint, exponuntur. Erat autem chorus ipse cantorum cœtus, qui quia in noua comœdia, vt scribit Donatus, iam nullus erat, de veteris illum comœdię vel tragœdiæ choris agere necesse est. Quod enim quidam loqui choros, non canere arbitrantur, refelli eorũ potest opinio Diomedis gram-
,, matici verbis his, Latinæ autem comœdiæ chorũ non habent, sed duo-
,, bus tantùm membris constant, diuerbio & cantico. primis autem tem-
,, poribus asserit Tranquillus, omnia quæ in scena versantur, in comœdia
,, agebantur. Nam & Pantomimus, & Choraules in comœdia canebant,
,, inter actores comœdiarum pro facultate & arte potiores principatum
,, sibi artificio vindicabant. Sic factum est, vt nolentibus cedere mimis,
,, cum artificio suo, cæteris fieret separatio reliquorum. Nam dum potio-

„ res inferioribus qui in omni magisterio erant seruire dedignabantur,
„ seipsos à Comœdis separauerunt, ac sic factum est, vt exemplo semel
„ sumpto vsus quisque artis suæ rem exsequi cœperit: neq; in comœdiam
„ venire, cuius rei indicia produnt nobis antiquæ comœdiæ, in quibus
„ inuenimus acta tibiis paribus, aut imparibus, aut serranis. Sed de primæ
illius vocis scriptione dubitari posse video, non consentienbus inter se
libris, Actoris ne an Auctoris scribendum sit. Certè manuscripti, quos
habui, omnes actoris vocem retinebant, facereque ad eandem omnino
lectionem videntur Aristotelis in Poëtica verba hæc, καὶ τὸν δὲ ἕνα δεῖ
„ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι μὴ ὥσπερ
„ παρ' εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ σοφοκλεῖ. Suidas de Agathonis choricis qd-
dam scribit non alienum huic loco: nam quod ipsemet ageret, ac versus
illos suos in scena pronūciaret, sic propterea choricos appellatos fuisse
„ dicit. eius verba sunt, χορικὸς, ὁ τοῦ χοροῦ ἐξάρχων. τοιοῦτος ἦν ἀγάθων ὃς ὑπο-
„ κριτία μέλη ἐποίει. καὶ αὐτὸς ὑπεκρίνετο, διὸ καὶ χορικὰ λέγεται. Sin autē hoc
loco intelligimus probare factum Euripidis Horatiū, vt poëtæ verbis
chorus ipse populum adloquatur, eiq; dicat aliquid, legendum omnino
sit, Auctoris. sed subijciā hoc loco Iulij Pollucis verba, quæ tum ad Eu-
ripidis hanc cognoscendam cōsuetudinem, tum ad id quod sequitur de
„ virili officio intelligendū magnopere pertinēt, τῶν χορικῶν ἀσμάτων, τῶν
„ κωμικῶν, ἕν τι καὶ ἡ παράβασις ὅταν ἃ ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούληται λέ-
„ γειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγει ταῦτα: ἐπιεικῶς δὲ αὐτοὶ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοὶ ποιη-
„ ταί: τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστι. ἀλλ' εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν.
„ ἐν μέν γε τῇ δανάῃ τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παρειπεῖν ἐκλαθό-
„ μενος: ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησεν τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. καὶ σοφο-
„ κλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἁμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν ἱππῶνι. Nisi
quis vtramq; ferri lectionē posse speret, si interpretemur illas esse poë-
tæ vices, quib⁹ fungitur chorus, agit tamē ipse omnino sine poëtæ per-
sona. Nec de parabasi verbum hic vllum fieri ab Aristot. dicamus. Mihi
autem librorū lectio manuscriptorum ferenda & probanda propterea
videbatur, quòd Horatium existimem hoc loco duplicem chorū signi-
ficare voluisse, & eum qui loquatur videlicet, & eum qui cantet. Nam
quòd in scena etiam chorus loquitur, idcirco actor ab eo dicitur. esse
enim chorum etiam διαλεκτικόν, indicant verba Demetrij Phalerei hæc,
„ περὶ τῶν ἐν τοῖς πράγμασι χαρίτων, οὐδ' ἂν ἁρμόσαι πρὸς τὸν χορόν, ἢ πρὸς τὴν
„ λύραν, εἰ μή τις εἴη χορὸς διαλεκτικός. *Neu quid medios intercinat actus*)
Hæc verò referenda sunt ad canentem chorum.

Officiumque virile Defendat) Interpretantur hæc verba nonnulli sic, vt officium virile dicatur, quo in consolandis aliis ac leuandis fungitur chorus. ego verò, quoniam idipsum mox est dicturus, intelligo chorum non muliercularum, aut virginum, aut puerorum gregem esse debere, sed virorum potius lectorum numerum. Hæc ex illis quoque Pollucis verbis sententia colligi videtur. Partes autem defendere sic dixit, vt in .1. Serm. Satyra. 10. vicem defendere,

Et

,, *Et sermone opus est modo tristi, sæpè iocoso*
,, *Defendente vicem modo rhetoris, atq; poëtæ.*

Et in.2. Epist. ad Augustum, partes tutari,

,, — *Aspice Plautus*
,, *Quo pacto partes tutetur amantis ephebi,*
,, *Vt patris attenti, lenonis vt insidiosi.*

Neu quid medios intercinat actus) Illa nimirũ intelligit, quæ vocat Ari-
,, stotel. ἐμβόλιμα. Scribit enim sic, καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑπο-
,, κριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι. μὴ ὥσπερ παρ' εὐριπίδῃ,
,, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ. τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ διδόμενα μᾶλλον τοῦ μύθου, ἢ ἄλλης
,, τραγῳδίας ἐστί. διὸ ἐμβόλιμα ᾄδουσι, πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου.
,, καίτοι τί διαφέρει, ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν, ἢ ῥῆσιν ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο ἁρμόττειν, ἢ ἐπει-
,, σόδιον ὅλον. Viderit verò Robortellus meritóne Paccium accuset, qui ἐμβόλιμον intercalare carmẽ siue canticũ sit interp̃tatus, cuius est Budeus sententiam secutus, locosq; ad id è Ciceronis libris plures addidit.

Quod non proposito conducat) Ne non sit μέρος ὅλης καὶ μιᾶς πράξεως.

Concilietur amicè) In manuscriptis omnib. cõsilietur, verbũ à me nõdum apud scriptores alios lectũ, significatq; hoc loco vel consiliũ dare, vel inire & capere consiliũ. sic enim videtur ipsemet in 3. Car. accepisse,

,, *Gratum elocuta consiliantibus*
,, *Iunone diuis.* — Chorus igitur, inquit, consulat etiam & amanter moneat. *Et regat iratos*) Virg. in. 1. Æneid.

,, *Ille regit dictis animos, & temperat iras.*

In manuscriptis summutatis temporibus, Reget. *Peccare timentes*) Manuscripti aliquot, Pacare, non, vt mihi quidem videtur, bene.

Mensæ breuis) parcæ & frugalis. *Ille salubrem iustitiam*) Salubre ferè appellat id quod est salutare atque vtile in commune. Idem in primo Sermonum, Satyra septima,

,, *Solem Asiæ Brutum appellat, stellasq; salubres*
,, *Appellat comites* —

,, *Et apertis otia portis*) Virgil. in. 2. Æneid. *Panduntur portæ.* —

Deosque precetur & oret) Idem in. 2. Epist. ad Augustum,

,, *Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit.* Et quę sequũtur. Quæ si fortè de comœdiarum & tragœdiarum choris intelligenda non sunt, ad hunc tamen etiam locum faciunt. *Vt redeat miseris*) Quæ verba cum accusandi casu & præpositione construuntur, ea quoq; datiuo iungi solent apud Poëtas. Virgilius,

,, — *Redit agricolis labor actus in orbem.*

Tibia non vt nunc orichalco vincta, tubæque
Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco
Aspirare, & adesse choris erat vtilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu.
Quo sanè populus numerabilis, vtpote paruus,
Et frugi, castusque, verecundusque coibat.

Hæc referenda sunt ad eam poëticæ partem, quæ dicitur ab Aristotele μιλοποιΐα. pertinebant autem tibiæ ad ornandos celebrandósque ludos
„ publicos. Quo de lex hæc erat.12.tabularum: Ludis publicis, quòd si-
„ ne curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in
„ cantu, & fidibus, & tibiis moderanto, eamq; Diuûm honore iungunto. Hæ tibiæ choricę dicebantur. Sed vsum ipsum tibiarum varium, ipsosq; tibicines artifices dictos fuisse, quemadmodum quoq; Diomedes in superioribus verbis appellat, ostendunt hi versus è.6.Fastorum Ouidij,

„ *Temporibus veterum tibicinis vsus auorum*
„ *Magnus, & in magno semper honore fuit.*
„ *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,*
„ *Cantabat mœstis tibia funeribus.*
„ *Dulcis erat mercede labor, tempusq; secutum est,*
„ *Quod subitò gratæ frangeret artis opes.*
„ *Adde quòd ædilis pompa qui funeris irent,*
„ *Artifices solos iusserat esse decem.*
„ *Exilio mutant vrbem, Tyburq; recedunt,*
„ *Exilium quodam tempore Tybur erat.*
„ *Quæritur in scena caua tibia, quæritur aris,*
„ *Ducit supremos tibia nulla choros.*

Simplexque foramine pauco) In manuscriptis aliquot, pro pauco, legebatur, paruo. Quæ lectio propterea minus esse proba videtur, quod de tibiæ quoq; foraminibus eodem modo in.6.Fast. scribit Ouidius,

„ *Prima terebrato per rara foramina buxo*
„ *Vt daret effeci tibia longa sonos.*

Quibus ex illius versibus intelligimus tibias olim buxeas, non vt nunc, id est Horatij temporibus, orichalco vinctas, ac propterea tubæ æmulas fuisse. Pòst autem in tibiis foramina sunt facta plura. quod indicant versus illi in lusibus, vt putantur, Virgilianis de cantu Sirenum,

Quòd tuba, quod litui, quòd cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille sonat.

Plutarchus Lasum quendam numeros in tibiis incidisse atque auxisse narrat his verbis, λάσος δὲ ὁ ἑρμιονεὺς εἰς τὴν διθυραμβικὴν ἀγωγὴν μεταστήσας τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τῇ τῶν αὐλῶν πολυφωνίᾳ κατακολουθήσας, πλείοσί τε φθόγγοις, καὶ διεῤῥιμμένοις χρησάμενος εἰς μετάθεσιν τὴν προϋπάρχουσαν ἤγαγε μουσικήν. Ac paulò pòst, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐλητικὴ ἀπὸ ἁπλουστέρας εἰς ποικιλωτέραν μεταβέβηκε μουσικήν. *Aspirare & adesse choris erat vtilis)* Aspirandi verbum vel idem quod inflare est hoc loco, vel quod responsare. Quo verbo est vsus antè Diomedes: siue etiam ὑπηρετεῖν, quo Plutarchus: vt vel in choris canerent tibiæ, vel responsarent ipsi choro. credo hinc sumpta metaphora vsum fuisse Cice. in. 2. Epist. ad Atticum in his verbis, Itaque nunc consule in carcerem incluso, sępe item seditione commota, aspirauit nemo eorum, quorum ego concursu, itemque Coss. qui post me fuerunt, Remp. defendere solebant. Plutarchus in libro de musica, tibiæ Apollinem inuentorem fuisse, constare, ait, & ex choris, & hostiis ipsis, quas cum tibiarum cantu Apollini offerebant. verba illius sunt, οὔτε γὰρ μαρσύου, ἢ ὀλύμπου, ἢ ὑαγνίδος, ὥστινες οἴονται εὕρημα ὁ αὐλὸς, οὐ μόνη δὲ κιθάρα ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ θυσίων, ἃς προσῆγον μετὰ αὐλῶν τῷ θεῷ, καθάπερ ἄλλοι τε καὶ ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ. Quem in sacris vsum tibiarum indicant tum versus illi, quos supra posui Ouidij, tum hi alij è .3. Eleg.

Hic vbi personuit solenni tibia cantu,
It per velatas annua pompa vias.
Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ,
Quas aluit campis herba Phalisca suis.
Et vituli nondum metuenda fronte minaces,
Et minor ex humili victima porcus hara.

Nondum spissa nimis complere sedilia flatu) Hanc opinor πατρικὴν μοῦσαν Plutarchus appellat, quam Græcos olim nesciuisse tradit. Spissa verò sedilia dixit plena & conferta, quemadmodum pòst idem spissas coronas frequentes appellat. & in Epist. ad Mecœnatem:

— Spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare. —

Dionys. Halycar. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων & spissa theatra græcè eleganter expressit, & complendi græco verbo eodem modo est vsus, ἤδη δ' ἔγωγε καὶ ἐν τοῖς πολυανθρωποτάτοις θεάτροις, ἃ συμπληροῖ παντοδαπὸς καὶ ἄμουσος ὄχλος, ἔδοξα καταμαθεῖν ὡς φυσική τις ἐστὶν ἁπάντων ἡμῶν οἰκειότης πρὸς εὐμέλειάν τε, καὶ εὐρυθμίαν. M. Tullius frequentia theatra vocat. Quod ipsum Flaccus exprimens in Epist. ad August. scribit:

Hos

" *Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro*
" *Spectat Roma potens.* —

Complendi verbo Cicero quoque eodem modo est vsus in Bruto, Vo-
" lo hoc oratori contingat, vt cùm auditum sit eum esse dicturum, locus
" in subselliis occupetur, cõpleatur tribunal, gratiosi scribæ sint in dando
" & cedendo loco. Et in .5. Æneid. Virgil.

" *Famaque finitimos, & clari nomen Acestæ*
" *Excierat: læto complerant littora cœtu*
" *Visuri Æneadas.* — Sedilia verò, & sedes, & subsellia in

Orchestra ipsa Victruuius vocat. *Flatu)* Idem in .3. Carm. Ode .19. Flamen idem dicit, quod hic Flatum. sic enim ait,

" — *Cur Berecynthiæ*
" *Cessant flamina tibiæ?*

Postquàm cœpit agros extendere victor, & vrbem
Latior amplecti murus, vinóque diurno
Placari Genius festis impune diebus,
Accessit numerísque, modísque licentia maior.
Indoctus quid enim saperet, libérque laborum,
Rusticus vrbano confusus, turpis honesto?
Sic priscæ motumque, & luxuriam addidit arti
Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces creuere seueris,
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps:
Vtiliumque sagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Huius loci verba omnia duas in partes easq; contrarias accipi possunt. vel hac, vt vocat Plutarch. καινοτομία Musicæ aliquid accessisse, quod ad eius artis decorem ornamentumq; pertineret, vel decessisse etiam, quo minus artis in ea ornamentiq; iam esset. Habet autem vtraq; sententia suam probabilitatem, suaq; firmamenta. vt enim Musicæ aliquid decessisse existimemus, facit & verbum Licentiæ, quo hic vtitur, & querela Musicæ ipsius, qua fœminæ habitu præditam Pherecrates, vt est apud Plutarchum, conquerentem illam induxit se à poëtis nimia varietate tanquam discerptam planeq; corruptam: Vt autem accessisse putemus, faciunt pleráque huius loci verba, tum illa extrema maximè, Vtiliumq;

ſagax rerum. Nam quod Licentiæ verbo eſt vſus Horatius, non id ad artis illius diminutionem aut dedecus vllo modo pertinet, ſed nouitatem rei ſic indicare voluit. Hodieq; Muſici eodem vtuntur verbo Licentiæ in ipſis tonis in acceſſionis ſignificatione. Pherecratis verò muſica non aliter debuit ab deriſore comico induci, eaq; ſic queritatur, vt laudes ſuas edat potius, ſeq; oſtentet.

Victor) Vel Romulus, vel Romanus. Quale eſt illud Virgil.

„ *Tu regere imperio populos Romane memento.*

In Epiſt. verò ad Auguſtum.

„ *Græcia capta ferum victorem cœpit.* —

Et vrbem) Codices alij vrbes, alij vrbem: probabilius hoc alterum.

Vinoq; diurno Placari genius) Cui ſacra de die fierent. quibuſdam enim dis nocturna ſacra fiebant. Vino autem & floribus Genio faciebant veteres. Idem in Epiſt. ad Auguſtum,

„ *Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,*
„ *Floribus & vino Genium memorem breuis æui.*

Acceſſit numeriſque modiſque licentia maior) Cùm illa vitæ impunitate ac licentia, qua dies feſtos agebant veteres, genioq; indulgebant, creuit etiam artis ipſius licentia. Numeri verò ac modi ſunt artis ipſius Muſicæ propria vocabula. Vnde in epiſt. ad Lollium illa tranſtulit,

„ *Quamuis nil extra numerum feciſſe modumq;*
„ *Curas.* — Numerus à Græcis ῥυθμὸς dicitur, eſtq;,
„ vt iidem definiunt, εἶδος κρούματος κατὰ δακτύλον, ᾧ χρῶνται οἱ αὐλητικοί.
Modus verò, τρόπος. quo verbo ſæpè Plutarchus vtitur in libro de Muſica. Quibus de numeris & modis hæc Donatus valde ad hunc locum
„ pertinentia, Cantica temperabantur modis nõ à poëta, ſed à perito ar-
„ tis muſicæ factis. Neque enim omnia iiſdem modis in vno cãtico age-
„ bantur, ſed ſæpè mutatis. vt ſignificant qui tres numeros in comœdiis
„ ponunt, qui tres continent mutatos modos cantici illius. qui huiuſmodi
„ modos faciebant, nomen in principio fabulę & ſcriptoris & actoris ſu-
„ perponebant. huiuſmodi adeò carmina ad tibias fiebant, vt his audi-
„ tis, multi ex populo antè diſcerent, quàm fabulam acturi ſcenici eſſent,
„ quam omnino ſpectatoribus ipſis antecedens titulus pronunciaretur.

Indoctus quid enim ſaperet) Priſcis illis temporibus inſcitia hominum factum eſt, ne tanta huius artis varietas eſſet, quãta deinde pòſt exſtitit.

Liberque laborum, Ruſticus vrbano confuſus?) Soluto animo ac relictis operis ruſticanis tantiſper dum ludi fiebant in vrbe. Diomedes obſcurè quidem, ſed quiddam tamen de togatarum comœdiarum agens nomine, tradit ad hunc, vt opinor, locum intelligendum valde accom-
„ modatum. ait enim, Initio togatæ comœdiæ dicebantur, quòd omnia
„ in publico honore confuſa cernebantur: quę togatæ poſtea in prætex-
„ tatas & tabernarias diuidebantur. Ruſtici autem vrbaniq; nomina vi-

tam

tam vtramque ſignificant, ac duplicem hominum conditionem. Cicero in Orat. Tranſlatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſimè ſermo omnis vtitur, non modò vrbanorum, ſed etiam ruſticorum. Tibullus ſe ipſe ruſticum vocat, id eſt genus illud vitæ colentem,

Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites Ruſticus. —

Ipſe Horatius in Epod. Ode. 2. ſic eodem verbo eſt vſus,

Hæc vbi locutus fœnerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus.

Vrbanos autem, id eſt in vrbe viuentes, Celſus in primo, At imbecillis ſtomacho, quo in numero magna pars vrbanorum. Et Varro de re ruſtica, cap. 2. recentes vrbanos vocat, id eſt, ciues illorum temporum. Vtrunque genus complectens Horat. in. 1. Serm. ſcribit,

Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe.

Sic priſcæ) τῇ προϋπαρχούσῃ, vt Plutarchus loquitur.

Motumq́; & luxuriam) Quo de tibicinum motu ſunt intelligenda illa Ariſtotelis in Poetica verba, πότερον δὲ βέλτιον ἡ ἐποποιητικὴ μίμησις, ἢ ἡ τραγωδική, διαπορήσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ ἡ ἧττον φορτική, βελτίων, τοιαύτη δὲ πρὸς βελτίους θεατάς ἐστι, δῆλον ὅτι ἡ ἅπαντα μιμουμένη φορτική. ὡς γὰρ οὐκ αἰσθανομένων ἂν μὴ αὐτὸς προσθῇ, πολλὴν κίνησιν κινοῦνται. οἷον, οἱ φαῦλοι αὐληταὶ κυλιόμενοι, ἂν δίσκον δέῃ μιμεῖσθαι, καὶ ἕλκοντες τὸν κορυφαῖον, ἂν σκύλλαν αὐλῶσιν. Facere tamen hæc videntur cum priore illa ſententia, vt motum in tibicinibus reprehendat videlicet Horatius, quemadmodum Ariſtoteles quoque. niſi fortè intelligimus, tibicines olim ſolos cantaſſe in choris, deinde verò ad eos acceſſiſſe perſonarũ actionem. Motus enim actionem quoque Græcis ſignificat, vt apud Ariſtotel. in. 3. Rhetor. ἤρξαντο μὲν οὖν κινῆσαι τὸ πρῶτον, ὥσπερ πέφυκεν οἱ ποιηταί. Et in Solone Plutarchus, ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ τὸν Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν. Latinè par huic verbũ habent ſaltare. Dicunt enim Cyclopa ſaltare, aut quemuis alium, id eſt agere. Ipſam ſaltationem Horat. motum vocat in. 3. Carm. Ode. 7.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo. —

Luxuriam) Quod ad ὄψιν pertinet. In manuſcriptis leuis vnius literæ mutatio luxuriem. *Traxitque vagus per pulpita veſtem*) Syrma veſtem tragicam intelligendã puto. hęc enim verba nimirum intuens Donatus illa ſcribebat: Syrmata dicta ſunt ab eo, quòd trahuntur: quæ res ab ſcenica luxuria inſtituta eſt. Eadem in luctuoſis perſonis incuriam ſui per negligentiam ſignificant. Iuuenalis Saty. 8. eandem penè interpretans vocem ſcribit,

Ante pedes Domiti longum te pone Thyeſtæ
Syrma. —

Ouidius in. 6. Faſtor. Tibicines longis vſos veſtibus fuiſſe ſignificat, vt eorum hic habitus propriè fuerit,

Cum.

,, *Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe?*
,, *Quid sibi personæ, quid toga longa volunt?*
Deinde pòst caussam reddens ait,
,, *Admiscetque alios, & vt hunc tibicina cœtum*
,, *Augeat, in longis vestibus ire iubet.*

Idem Horat. in .2. Carm. Ode.8. in significando eiusmodi luxu verbo quoque trahendi est vsus. Sunt illius hi versus,

,, — *Nec Laconicas mihi*
,, *Trahunt honestæ purpuras clientes.*

Honestas vocat, quæ longis vterentur vestibus. quocirca pòst hoc in libro honesta ab eo palla dicitur, quæ traheretur. Quid verò pulpitum sit alio loco dicturi sumus.

Sic etiam fidibus voces creuère seueris) Voces appellat, quod Græci φθόγ-
,, γους vocant. Plutarch. in libro de Musica, eadem de re, ὁ δὲ τιμόθεος, οὗτος
,, γὰρ ἑπταφθόγγου τῆς λύρας ὑπαρχούσης ἕως εἰς τέρπανδρον τὸν ἀντισσαῖον, διέῤ-
,, ῥιψεν εἰς πλείονας φθόγγους. *Facundia præceps*) Qui priorem illam sententiam sequuntur, præcipitem facundiam interpretantur, in præceps euntem: qui alteram illam, promptam atque expeditam eloquentiam, quam αὐτοσχεδιαστικὴν Græci vocant. quos ad eam quoque sententiam videntur adiuuare Ciceronis verba in Bruto hæc de C. Visellio, In quo
,, fateor vulgi iudicium à iudicio meo dissensisse. Nam populo non erat
,, satis vendibilis, & cum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida & ce-
,, leritate cęcata oratio, sed neq; verbis aptiorem cito alium dixerim, neq;
,, sententiis crebriorem. Erat ergo Visellius, &, vt loquitur Afranius, eloquens ilicet, & creber sententiis. vtrumque hoc loco etiam coniungens Horatius, & præsentē illam ac volubilem facundiam, & sapientes etiam sententias, quæ ad augendam prudentiam ferè pertinēt, accessisse dicit.

Et diuina futuri Sortilegis nō discrepuit sententia Delphis.) Sentētiæ quasi quædā sunt oracula, quid vitandū, quidq; sequendū sit sanciunt, & futurorū scientiam afferunt, & prudentem reddunt. Oraculis.n. etiā sententias Cic. comparat. in .2. De finibus bonorum & malorum, his quidem
,, verbis, In alio verò libro, in quo breuiter comprehēsis grauissimis sen-
,, tentiis, quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur.

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudauit: & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quòd
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex.

Poetæ propoſitum eſt illud maximè, etiam ſpectatores delectare ac te-
nere. eã ob cauſam & adhibiti tibicines, & in tragœdiis interiectæ quę-
dam ſatyricæ actiones, quibus etiam ampliſſimi quiq; viri traduceren-
tur. eius generis quędam ab aliis exempla ponũtur, ex quibus quæ fue-
rint illa δράματα σατυρικὰ, ſciri poſſit. Fiebat autem ridiculis huiuſmodi
actionibus, vt quaſi recrearetur ſpectator atrociſſimis triſtiſſimisq; re-
bus ſpectandis fatigatus. ſiue fortè eò fiebat, vt, vnde tragœdia primùm
exſtitiſſet, Satyræ memoriam renouarent. ex ea enim natam fuiſſe tra-
„ gœdiam ſcribit Ariſtoteles in Poëtica ſic, ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων,
„ καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν ὀψὲ ἀπεσεμνώθη. Diomedes
Grammaticus Satyricam hanc fabulam fuiſſe ſcribit, apud Græcos tra-
gicis quoque vſitatam, quæ inter tragicas ageretur iocosè ad delectan-
„ dum. verba illius hunc explicantis locum ſunt, Satyrica eſt apud Græ-
„ cos fabula, in qua item tragici poëtæ non reges, aut herões, ſed ſatyros
„ induxerant ludendi cauſa iocandiq;, ſimul vt ſpectator inter res tragi-
„ cas ſeriasq;, ſatyrarum quoque iocis & luſibus delectaretur, vt & Ho-
„ ratius ſentit his verſibus,

„ *Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,*
„ *Mox etiam agreſtes Satyros nudauit, & aſper*
„ *Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quòd*
„ *Illecebris erat & grata nouitate morandus*
„ *Spectator.* —

Atque ego quidem ſic exiſtimo in eadem ſcena in qua tragœdias, has
quoque ſatyricas actiones exhibitas fuiſſe, nec eſſe illas eaſdem, quarum
genus ipſum ſcenę eſt apud Vitruuiũ tertium differẽs à tragico & comi-
co. Iſacius tzezes in prolegomenis in poëtas, ſatyros à tragœdiis ſecer-
nens, & cuiuſmodi ſint ipſi declarat, & vt in tragœdiis adhibiti fuiſſe vi-
deantur, ita illius verba mihi videntur eſſe accipienda. ſic enim ſcribit,
„ τὴν δὲ τραγῳδίαν, καὶ τοὺς σατύρους ἐπίσης μὲν ἔχειν χορευτὰς ιε΄ διαφέρειν δὲ
„ πρὸς ἀλλήλους, ὅτι ἡ μὲν τραγῳδία, θρήνους μόνον ἔχει καὶ οἰμωγάς. ἡ δὲ σατυρική,
„ συγκιρνᾷ ταῖς ὀλοφύρσεσιν ἱλαρότητα, καὶ ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν καταντᾷν εἴω-
θε. Harum ſimillimi actionum fuiſſe videntur hi, qui à Gręcis σιλλοὶ di-
cuntur, quod & genus comicæ poëſeos fuit, & eo interiecto ſunt vſi
veteres poëtæ. Qua de re verba ſunt Euſtathij in .2. Iliados hæc, οἱ δὲ
„ παλαιοὶ παρασημειοῦνται ἐνταῦθα, ὅτι οὐ μόνον Ζενοφάνης πεποίηκε συλλοὺς, ἐν
„ οἷς εὐδοκίμηκεν, ἀλλὰ καὶ τούτου τοῦ εἴδους πρῶτος κατῆρξεν Ὅμηρος, ἐν οἷς αὐ-
„ τός τε Θερσίτην σιλλαίνει. καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς. εἰσὶ δὲ οἱ σιλλοί, ποιή-
„ σεως εἶδος κωμικῆς, καὶ οἱ ταύτην μετιόντες, σιλλόγραφοι ἐλέγοντο. καὶ τὸ οὕτω
„ παίζειν, σιλλαίνειν ἐκαλεῖτο. καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου ῥήματος, καὶ οἱ σιληνοὶ δαίμονές
„ τινες κομψοὶ τὰ εἰς ὄρχησιν, καὶ εἰς Διονύσου τελετάς. ταῖς δὲ τοιαύταις λέξεσι
„ σύστοιχον παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ τὸ σιλλεῖν, ὅ ἐστι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠρέμα παρα-
„ φέρειν ἐν τῷ διαφαυλίζειν καὶ διασύρειν. οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον ὁ ποιητὴς τῷ τοι-

οὕτῳ

,, οὕτω εἴδει χρῆται, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς, καὶ ἐν τῇ ὀδυσσείᾳ δὲ πολλαχοῦ εὑρίσ-
,, κεται οὕτω ποιῶν. οὐδαμοῦ μέντοι ἀστειότερον, ἤπερ ἐνταῦθα. εἰσὶ δὲ ἃ λέγει πε-
,, ρὶ τοῦ ἐπιδιόδους Θερσίτου ταῦτα, &c. Timonem quoque Phliasium Sillos
ſcriptitaſſe tradit Suidas. *Vilem certauit ob hircum*) Erat in manuſcripto
ſuprapoſitũ, Vel cantauit. Sed & cæteri codices, Certauit, omnes agno-
ſcebant: & Diomedes grammaticus bis verſus hoſce ponens, tum in illis
verbis, quæ antè ſubieci, tum in his quoque, Tragœdia vt quidam di-
,, cunt, à τράγος & ᾠδὴ dicta. quoniam olim auctoribus tragicis τράγος, id
,, eſt hircus præmium cantus proponebatur, qui Liberalibus die feſto Li-
,, bero patri ob hoc ipſum immolabatur: quia, vt ait Varro, depaſcũt vi-
,, tem, & Horatius in arte Poëtica,

,, *Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,*
,, *Mox etiam agreſtes Satyros nudauit.* —

Quanquam verba illa Diomedis, Præmium cantus, illam alterã lectio-
nem magis ꝓbare videntur, & Diomedis liber in deſcribendis Horatij
verſibus eo eſt loco à librariis fortè corruptus. Sin, Certauit, retinemus,
eſt id quoq; verbum ſcenicum, idemq́; quod grçcum alterum ἀγωνίζεσθαι.

Et *aſper Incolumi grauitate*) Sunt enim grauiſſimi tragici, quósque mi-
nimè omniũ dicacitas deceat, laſciua præſertim ab omni grauitate alie-
niſſima. Et quemadmodum hæc non conſularia ſunt, vt ad Attic. ſcribit
Cic. ſic neque tragica etiam. Verùm iocari quoq; tragicis licet ſalua gra-
uitate, vel admiſta potius, vt Quintil. loquitur. ille enim in. 6. de ridicu-
,, lis ſic ſcribit, Item ridicula aut facimus, aut dicimus: facto riſus concilia-
tur interim admiſta grauitate, &c. Demetrius Phalereus lepôrẽ quen-
dam gratiamq́; tragœdię permittit, riſum non concedit, ne Satyrus eſſe
videatur. vt ex eodem quoq; intelligi illud poſſit, Satyrum, quòd in Tra-
gœdia etiam adhiberetur, diligẽter ab eo propterea ſeparari. eſt autem
,, apud illum, hoc modo, τραγῳδία δὲ χάριτας παραλαμβάνει ἐν πολλοῖς. ὁ δὲ
,, γέλως ἐχθρὸς τῆς τραγῳδίας. οὐδὲ γὰρ ἐπινοήσειεν ἄν τις τὴν τραγῳδίαν παίζου-
,, σαν. ἐπεὶ σάτυρον γράψει ἀντὶ τραγῳδίας. Aſperũ verò genus etiam quod-
,, dam eſt dicti mordax. Id porrò quod dicitur, inquit Fabius, aut eſt laſci-
,, uum, aut hilare, qualia Galbæ pleraque: aut contumelioſum, qualia nu-
,, per Iunij Baſſi: aut aſperum, qualia Caſſij Seueri. Cic. in. 2. epiſt. ad Att.
,, Itaque ἀνέκδοτα à nobis, quæ tibi vni legamus, Theopompino genere,
,, aut etiam aſperiore multò pangentur. neque aliud iam quicquam πολι-
,, τεύομαι, niſi odiſſe improbos, & idipſum nullo cum ſtomacho, ſed potius
,, cum aliqua ſcribendi voluptate. Idem in Bruto, C. Frimbria temporib.
,, iiſdem ferè, ſed longius ætate prouectus, habitus eſt ſanè (vt ita dicam)
,, luculentus patronus, aſper, maledicus, genere toto paulò feruidior atq;
,, commotior. Et *exlex*) Eodem verbo Cicero eſt vſus in oratione pro
,, Cluentio, Non quòd illi Syllam exlegẽ eſſe putarent. vel quemadmodũ
,, Priſcia. in. 6. legit, Non quòd illi aut exlegem eſſe ſyllam arbitrarentur.

Verùm ita risores, ita commendare dicaces
Conueniet Satyros, ita vertere seria ludo,
Ne, quicunque deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas:
Aut dum vitat humum, nubeis, & inania captet
Effutire leueis indigna tragœdia versus:
Vt festis matrona moueri iussa diebus,
Intererit Satyris paulùm pudibunda proteruis.

Modus, inquit, adsit in serendis quodammodo iocis in tragœdia, vt cùm Satyrus, is nimirum qui assumpta alterius persona mores eius irridet, Regiam personam quasi induerit, aut Herois alicuius ita loquentem inducat, ne turpis ea sit nimisq; plebeia, & indigna oratio Deo, rege, heroë. *Ita vertere seria ludo*) Et vertendi verbum, & illud alterum Nuper, id significant, inter actus ipsos tragœdiæ adhibitas fuisse ridiculas hasce personas, iisq; interpolatam quodammodo tragœdiam exstitisse. Ludum pro ioco accipit, siquidem iocus est serio contrarius. scribit
,, enim Quintil. Iocum verò accipimus, quod est contrarium serio. τὰ γελοῖα, καὶ τὰ σπουδαῖα Græci vtrumq; dicunt. *Regali conspectus in auro nuper & ostro*) Ostrum propterea superbum dicitur à Virgil. in. 1. Æneid. est enim regum ornatus. Qui verò sit ornatus hic regalis, ostendit in. 2.
,, de finibus Cic. his verbis, Iubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogi-
,, tare pictam in tabula voluptatem pulcerrimo vestitu, & ornatu regali
,, in solio sedentem. Atque idem Horat. lib. 4. Carm.

,, *Non sola comptos arsit adulteri*
,, *Crineis, & aurum vestibus illitum*
,, *Mirata, regalesq; cultus,*
,, *Et comites, Helenæ Lacæna.*

Aristoteles in Poëtica tragicas personas esse dicit τοὺς ἐν μεγάλῃ δόξῃ ὄντας, καὶ ἐπιφανεῖς ἄνδρας. *Migret in obscuras humili sermone tabernas*) Vel omnino vetat ad irrisionem assumi Deorum, aut Heroum personas, vel in eiusmodi derisione premi adeò eorum orationem, nihil vt à populari & plebeia differat. Humilem verò sermonem ταπεινὴν λέξιν Aristoteles appellat, cui σεμνὴ λέξις, aut σεμνολογία est contraria. Atque hæc est fortè παρῳδία vitium, quum à tragica grauitate disceditur, veniturq; ad humilitatem, vt ita dicam, comicam. Suidas quid παρῳδία
,, sit, his verbis exponit, παρῳδία λέγεται ὅταν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ λόγος

εἰς

„ εἰς κωμῳδίαν. Eóque fortaſſe magis ſit huius loci parodia, quod hæc, quemadmodum alibi docuimus, etiam ad maledicendum atq; irridendum pertinet. Quæ verò in regum oratione grauitas ineſſe debeat & ſplendor, oſtendit Ariſtot. ſi quidem verus ipſe eſt auctor, in proœmio librorum eorum, quos de Rhetorica ſcripſit ad Alexandrum.

Aut dum vetat humum) Neq; verò ita aſſurget irridens, vt multò turpius intumeſcat, quàm quum cõtrà deprimebatur. *Effutire leues indigna tragœdia verſus*) Ouidius in.2.de Triſtib.

„ *Omne genus ſcripti grauitate tragœdia vincit.*

Vt *feſtis matrona diebus*) Ita nonnunquam in ridiculis perſonis ludet ipſa tragœdia, vt ſolent graues matronæ quoque feſtis atque hilaribus diebus, incolumi, vt ſuprà dixit, & admiſta grauitate ſaltare ac moueri. Idem in Epiſt. ad Lollium, mediocritatem in rebus ſtatuens, matronæ quoq; & meretricis eſt vſus ſimilitudine,

„ *Vt matrona meretrici diſpar erit.* —

Ariſtotel.in Poëtica, Saltationem non omnem ait eſſe reijciendam, ſed quæ turpis nimium ſit & obſcœna, qualis eorum, qui impudicarum mulierum mores & laſciuiam agendo imitabantur. quæ verba quia non-
„ nihil ad hæc faciunt Horatiana, propterea ſubijcio, εἶτα οὐδὲ κίνησις ἅπασα
„ ἀποδοκιμαστέα, εἴπερ μὴ δ' ὄρχησις, ἀλλ' ἡ φαύλων. ὅπερ καὶ καλλιπίδης ἐπιτι-
„ μᾶτο, καὶ νῦν ἄλλοι, ὡς οὐκ ἐλευθέρας γυναῖκας μιμουμένων. *Intererit Satyrus*)
„ Eadem ſyntaxi Comicus dixit, *Stulto intelligens quid intereſt.*
Proterui autem, quia petulantes & illoti dij ſunt Satyri, vt ait Donatus.
„ Satyri enim veluti Sathuni, vt ait Macrob. dicti, quòd ſint in libidinem
„ proni, appellatiq; ſic ſunt παρὰ τὴν σάθην, quod membrũ virile declarat.

Non ego inornata, & dominantia nomina ſolùm,
Verbaq; Piſones Satyrorum ſcriptor amabo:
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit, Dauúsne loquatur, an audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum:
An cuſtos famulusq; dei Silenus alumni.

Quæ ratio, quiśq; modus teneri debeat in his ſatyricis interiectis actionibus, quod ad ipſam orationem attinet, hoc loco docet: ſi iocans non impudentem atq; inuerecundam illam Satyrorũ dicacitatem ac licentiã prorſus imitetur, ſed honeſtius aliquanto loquatur & verecundius. neq; tamen ita recedat à tragœdia, vt comœdiæ ridicula ac lepôrem ſectari videatur, id eſt, remittet aliquando grauitatem tragœdia, ludetq; ac ridebit pauliſper, ſed cùm ſales ſuos habeãt Satyrici obſcœniſſimos, ab his tamen abſtinebit luſura tragœdia. ſuos quoq; ſales habet, ſuaq; ridicula comœ

comœdia (alia enim etiam in hac sunt grauiora) hæc verò sunt humiliora, quàm vt eò se tragœdia debeat demittere, vt vel Dauum ridens adhibeat, vel Pythiam, comicas ridiculas personas. sed suos quoque habeat norítque sales tragœdia, suas personas adhibeat ad eos lusus: vt Silenum, qui ridicula quidem persona est, non satyrica, non comica, sed tragica. *Inornata)* M. Tullius in .3. de Orat. Ornata ea esse dicit, quę μετωνυμικῶς dicta sint, vt cùm Martem pro bello, Cererem pro frugibus, Liberũ pro vino appellamus. Minus autem ornata, cùm aut ex parte totum, aut ex toto partem intelligimus. Ego verò tertiũ hoc addo, inornata, quum propriè dicimus, & appellamus rem suo quamque nomine & proprio, & quanta sit ipsa, tantã verbo significamus. quod dum fit, nuda est ipsa, propria tamen oratio. Tegitur enim quodammodo duobus illis aliis modis res ipsa, neque tam apparet tota atque aperta est. Satyri autem lasciui omnino & petulantes, res quoties erant pudendas nominaturi, apertissimis verbis ac suis impudenter inornatéque appellabant, erántque omnino εὐθυῤῥήμονες. *Et dominantia)* Expressit id quod Græci dicunt κύρια. Apertissima verò est ea oratio, vt ait Aristot. in Poëtica, quæ ex propriis constat verbis, sed eadem quoque abiectissima. σεμνὴ verò λέξις amans τὸ ξενικὸν, amans tropos ac metaphoras, vt idem ait, & quod propriũ non est, rem magis ipsam tegit: propriáque atque humilis est, at σαφής. *Nec sic)* In manuscripto, Non sic. *Tragico differre colori)* Iunxit
„ idem dandi casu in .1. Serm. Satyr. 4. *Differt sermoni sermo merus.* —
Cum eodem casu & discrepandi, & distandi verba idem copulat libro .2.
„ Epist. ad Florum, — *Et tamen idem*
„ *Scire volam, quantum simplex, hilarisque nepoti*
„ *Discrepet.* — Et in .4. Carm.
„ *Parùm sepultæ distat inertiæ*
„ *Celata virtus.* — *An audax Pythias)* Personam fuisse tradunt in Lucilij tragœdia. id est etiam ancillæ nomen in Eunuch. Terentij fabula. *Emuncto lucrata Simone talentum)* Terent. in Phor. Act. 4.
„ Scena. 4. *Emunxi argento senes.* —
Erat in manuscriptis, Et audax. Ac ne vtrumque pro comicis personis habeam, auctoritate Porphyrionis impedior. *An custos famulúsque dei Silenus)* Silenum quoque Virgil. induxit vinolentum ac ridiculum in Ecloga.

Ex noto fictum carmen sequar, vt sibi quiuis
Speret idem: sudet multùm, frustráque laboret
Ausus idem, tantùm series, iuncturáque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.

Quoniam de tragicis illis lusibus dixit, nec temere, nec inornatè spurcéue scri-

ſcribendos eſſe monuit: nunc quoq; iis reſpondet, qui ſuperuacanea hęc præcepta putarent de re omnino facili, nec vllius artis ęgente. Verùm, inquit, ego ita ſcribã ludicra hæc, quæ videntur eſſe non laborioſa & de medio petita, vt res ipſa, quod de orationis ſubtilitate ſcribit Cic. imitabilis illa quidem videatur eſſe exiſtimanti, ſed nihil ſit experienti minus. Neq; verò Satyrici luſus hi tantùm faciles videbantur, & cuiuis expoſiti, ſed & ipſa quoque Comœdia, quòd ex medio acceſſiſſet. Itaque verſus Horatij adſcribam ea de re huic loco ſanè aptiſſimos ex Epiſtola ad Auguſtum, quibus ille Latinos tragœdiarũ ſcriptionib. impenſè delectari, Comœdiam verò, vt rem leuem & nullius artis negligere, iniquo fert animo. falliq; eos iudicio atq; opinione oſtendit his verbis,

„ *Creditur ex medio quia res acceſsit, habere*
„ *Sudoris minimum: ſed habet comœdia tanto*
„ *Plus oneris, quanto veniæ minus: aſpice Plautus*
„ *Quo pacto partes tutetur amantis ephebi,*
„ *Vt patris attenti, lenonis vt inſidioſi,*
„ *Quantus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis,*
„ *Quàm non adſtricto percurrat pulpita ſocco!*

Ex *noto fictum carmen ſequar*) Summutata poſteriora verba in manuſcripto, carmen fictum. Ex verbis, inquit, notis fingam & pangam carmen eiuſmodi, vt idem ſe poſſe ſibi quiuis alius falſò perſuadeat.

Fictum carmen) expreſſum è Græco ποιᾶν. *Vt ſibi quiuis ſperet idem*) Eiuſdem planè ſententiæ ſunt & illa verba Cicer. de ſubtilitate orationis à me ſuprà poſita, & hæc alia Plutarchi in vita Lyſiæ, Δοκᾶ δὲ κατὰ
„ λέξιν εὔκολος εἶναι δυσμίμητος ὤν. *Sudet multum*) Multi res eſt illa ſu-
„ doris, ſic enim Cic. ipſe loquitur in. 1. de Orat. Ac ſtilus, inquit, ille tuus,
„ quem tu verè dixiſti perfectorem eſſe dicendi ac magiſtrum, multi ſudoris eſt. *Fruſtraq; laboret*) Ouid. vana laborare. in. 4. enim Faſtor. ſic,

„ *Sol aditus, quam quæris, ait, ne vana labores,*
„ *Nupta Iouis fratri tertia regna tenet.*

D. Chryſoſt. vno id Græco verbo dicit ματαιοπονεῖν. Et Fab. in. 6.
„ Nam ſi ſpecies omnes perſequi velimus, nec modum reperiemus, & fru-
„ ſtra laborabimus. *Tantum ſeries iuncturaq; pollet. Tantum de medio ſumptis*) Etſi in ipſo ferè libri huiuſce principio illa explanans, Notũ ſi callida verbum Reddiderit iunctura nouum, videbam cõmunia eademq; verba nonnulla & huius, & illius loci, & id quod hic & illic notũ, & hic atque illic iuncturam, tamen diuerſam eſſe vtriuſq; loci iuncturã & cenſui, & docui. ibidem autem hanc huius loci iuncturam verborum continuationem & compoſitionem interpretabar, cuius quæ virtus, quantumq; ſit bonum, & hic Horatius, & Halicarnaſ. Dionyſius περὶ συνθέ-
„ σεως ὀνομάτων, his verbis docet, ἐστὶ τοίνυν πᾶσα λέξις ᾗ σημαίνομεν τὰς νοήσεις,

ἢ μέτρον

,, ἡ μὲν ἔμμετρος, ἡ δὲ ἄμετρος. ὧν ἑκατέρα καλῆς μὲν ἁρμονίας τυχοῦσα καλὸν οἷά τ'
,, ἐστι ποιεῖν τὸ μέτρον, καὶ τὸν λόγον. ἀνεπιστάτως δὲ καὶ ὡς ἔτυχε ῥιπτομένη προσαπόλ-
,, λυσι τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον. πολλοὶ γοῦν ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, φιλόσοφοί τε
,, καὶ ῥήτορες λέξεις πάνυ καλάς, καὶ πρεπούσας τοῖς ὑποκειμένοις ἐκλέξαντες ἐπιμε-
,, λῶς, ἁρμονίαν δὲ αὐταῖς περιθέντες εἰκαίαν τινὰ καὶ ἄμουσον, οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαυ-
,, σαν ἐκείνου τοῦ πόνου. ἕτεροι δὲ εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συν-
,, θέντες δὲ αὐτὰ ἡδέως καὶ περιττῶς, πολλὴν τὴν ἀφροδίτην τῷ λόγῳ περιέθηκαν.

Quæ hic Horatius de medio ſumpta, ille εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ, Alibi verò, κοινὰ καὶ τετριμμένα. Scribit enim ſic in eandem ſententiam, περὶ τῆς
,, συνθέσεως αὐτῆς ἴσω ἡ θεωρία τῆς ἐν τοῖς κοινοῖς ὀνόμασι, καὶ τετριμμένοις, καὶ
,, ἥκιστα ποιητικοῖς τὰς ποιητικὰς χάριτας ἐπιδεικνυμένης.

Syluis deducti caueant me iudice Fauni,
Ne velut innati triuiis, ac penè forenſes,
Aut nimium teneris iuuenentur verſibus vnquam,
Aut immunda crepent, ignominioſáque dicta.
Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
Nec ſi quid fracti ciceris probat, & nucis emptor,
Æquis accipiunt animis, donántue corona.

In inducendis eiuſmodi ridiculis perſonis, ſeruiendum decoro vel maximè. Nam Satyros etſi decet ipſa laſciuia, tamẽ honeſtiſſimis ſpectatorum auribus dabunt, vt quam fert eorum petulantia, minus impudica loquãtur. Fauni verò ridiculi dij, ne nimis ornato, elegãti & ciuili vtantur ſermone, qui è ſyluis ipſis mediiſq; ſolitudinibus ſunt arceſſiti: ſed eorũ ſit agreſtis oratio quoq;, eoq; riſum moueant. *Innati triuiis*) Quaſi vrbani eſſent. Ac neſcio an his verbis deos illos deſignare velit, qui vel à viis, vel à foribus, quòd iis præeſſent, appellati ſunt, vt Apollo θυραῖος & ἀγυιεύς: & Diana, triuia: & Ianus ipſe à ianuis nomen habet, vt ait Macrobius. *Nimium teneris*) Tenerum ad laſciuiam pertinet, eſtq; παιδικόν. M. Tullius in L. Piſonem, teneros ſaltatores dicit inſigni laſciuiæ nota.

Iuuenentur) Græcum verbum, quod eſt apud Ariſtoph. τὸ νεανίζειν, ſic eleganter expreſſit, ſiue illud alterum quod eſt apud Plutar. in Demoſthene νεανιεύεσθαι. Non minus etiã lepidè, & ad hæc, vt opinor, alludens Perſ. in. 6. Satyr. dixit, *Mox iuuenes agitare iocos.* —

Aut immunda crepent) Ipſe verbo eodem tribus locis vtitur.
,, In. 1. Epiſt. *Sulcos & vineta crepat mera.* —
,, Et in. 2. Serm. *Si quid Stertinius veri crepat.* —
,, In. 2. Carm. Ode. 17. — *Cùm populus frequens*
,, *Lætum theatris ter crepuit ſonum.*

Ariſtot.

Aristot.in.3.Rhetor.immunda crepare vno verbo Græco dicit αἰσχρολογεῖν. Quod verò de dictorum immunditia præcipit, conuenit id cum Plutarchi sententia.nam ioci salesq́ue,& eiusmodi cætera,debent esse temperata in fabulis. Sed non sunt eius verba,quæ huic omnino loco conueniunt, prætereunda in comparatione Menandri atque Aristophanis

„ poëtarum, ὅτι κωμῳδίας ὑποκριτὰς τοῦ χρόνου τούτου πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τῆς
„ πόλεως ἐνεγκούσης, αἱ μενάνδρου κωμῳδίαι, ἀφθόνων ἁλῶν, καὶ ἱερῶν μετέχουσιν,
„ ὥσπερ ἐξ ἐκείνης γεγονότων τῆς θαλάττης, ἐξ ὧν ἀφροδίτη γέγονεν. οἱ δὲ ἀριστοφά-
„ νους ἅλες, πικροὶ καὶ τραχεῖς ὄντες ἑλκουτικὴν δριμύτητα, καὶ δηκτικὴν ἔχουσιν.
„ καὶ οὐκ οἶδα ἐν οἷς δὲ ἡ θρυλλουμένη δεξιότης ὑπ' αὐτοῦ, ἐν λόγοις ἢ προσώποις.
„ ἀμέλει καὶ τὰ μεμιμημένα πρὸς τὸ χεῖρον μεμίμηται. τὸ γὰρ πανοῦργον, οὐ πολιτι-
„ κὸν, ἀλλὰ κακόηθες. καὶ τὸ ἄγροικον οὐκ ἀσφαλὲς, ἀλλ' ἠλίθιον. καὶ, τὸ γελοῖον, οὐ
„ παιγνιῶδες, ἀλλὰ καταγέλαστον. καὶ τὸ ἐρωτικὸν, οὐκ ἱλαρὸν, ἀλλ' ἀκόλαστον. οὐδὲν
„ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἔοικε μετρίως τὴν ποίησιν γεγραφέναι, ἀλλὰ τὰ μὲν αἰσχρὰ καὶ
„ ἀσελγῆ τοῖς ἀληθεστέροις, τὰ βλάσφημα δὲ καὶ πικρὰ τοῖς βασκάνοις, καὶ κακοήθεσιν.

Nec si quid fracti ciceris probat) Esto,amet hoc dictorum genus leuis infimaq́ue plebecula,at honestatis est multò maior habēda ratio,& principibus viris potius placendum, quos vel ipsa obscœnitas vel acerbitas in se dictorum offendit. verba diligenter ipsa & eruditè Ianus Parrhasius est interpretatus. Mutandumq́ue,fracti,in fricti,vel frixi,cùm Plauti & Martialis auctoritate,tum libris vetustis omnibus id poscentibus.

Æquis accipiunt animis) Vnus sic præterea Sallustius loquitur in proœmio belli Catilinarij, Æquo animo accipit. *Donántve corona)* In manuscripto quodam,mutato casu,coronam.

Syllaba longa breui subiecta,vocatur Iambus,
Pes citus. vnde etiam trimetris adcrescere iussit
Nomen Iambeis,cùm senos redderet ictus.
Primus ad extremum similis sibi: non ita pridem
Tardior vt paulò,grauiórque veniret ad aureis,
Spondeos stabiles in iura paterna recepit
Commodus,& patiens: non vt de sede secunda
Cederet,aut quarta socialiter. hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus,& Enni.

Reliquum libri consumit in reprehensione vitiorū,quæ poëtis erant Latinis vel maxima.nā vt antè satyricas actiones illas castigauit,sic hoc loco pedes ipsos in pangēdo carmine,qui omnino esse,& quo situ collocari debeant,ostendit. *Syllaba longa breui subiecta)* Iambum definit numero ac situ syllabarum.Quòd verò subiectam syllabam dixit,intelligi posteriorem voluit.Sic literæ præiectiuæ aliæ dicuntur à gramma-

N ticis,

ticis,id eſt, præpoſitæ : aliæ ſubiectiuæ, poſtpoſitæ in ipſa vocum ac dictionum compoſitione. Loquuntur hoc modo vetuſtiſſimi grammatici Terentius Scaurus, & Afer Victorinus. Scauri ſunt hæc, O præiectiua eſt e literæ vt d, & ſecundum antiquos eadem ſyllaba i. V litera omnibus vocalibus & præiectiua & ſubiecta conſentit,vt,va ve vi vo, & rurſus,au eu iu ou, in quibus ſyllabis nõ vocalis,ſed conſonans eſt v. Ac mox præiiciendi & ſubiiciendi verbis vtitur eodem modo, I litera cum omnibus vocalibus præiiciatur,nulli ſubiicitur,niſi v literæ: vt vidi, vir, niſi ſecundum antiquos eiuſmodi ſyllabæ loi & moi, per oi ſcribantur,non per œ. V litera cuicunq; vocali præiici, ſed tanquam conſonans poteſt, nec minus ſubiici. ex conſonantibus b præiicitur in literis d e n r. Ac pluribus aliis locis,vbi & ſubiectandi verbo pro eo quod eſt ſubiici ac ſubiungi neutro in genere eſt vſus. Victorini verò hæc, y quoq; & ſuo ſono poſita eſt,& ſubiecta literæ h. vt eſt apud nos quoq;. Ac mox deinde, V ſimiliter,& pro breui,pro longa quoties conſonantibus ſubiecta eſt. Deinde alibi, In vuido enim prior v vocalis eſt, ſequens cui ſubiectum eſt,conſonans. Loquitur eodem quoq; modo Fabius Quintil.in.12.Quid? quòd ſyllabę noſtrę in b literam & d innituntur, adeò aſperè,vt plerique non antiquiſſimorum quidem, ſed tamen veterum mollire tentauerint, non ſolum aſuerſa pro aduerſis dicendo, ſed & in præpoſitione b literæ,abſonam & ipſam ſubijciendo? Dionyſius Halicar. iambum definit, ὁ δὲ ἐκ βραχείας τε καὶ μακρᾶς συγκείμενος, ἐὰν μὲν τὴν ἡγουμένην λάβῃ βραχείαν, ἴαμβος καλεῖται. Quintilianus breui longáq; conſtare dixit, Eſtq; iambus ῥυθμὸς duplex.nam eſt ex breui & longa. *Pes citus)* τροχαλὸς καὶ ταχὺς, Halicarnaſ.cui ſpondeus ſtabilis opponitur. Cito tardum opponit in.3.de oratore Cic. Nam voces, inquit,vt chordæ ſunt,intentæ quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta,grauis,cita,tarda,magna,parua.Ab hoc pede cito & mobili celeres iambos idem in primo Carm. dicit. Cicero iambum & trochæum minutos pedes vocat. *Cum ſenos redderet ictus)* Ætiologia nominis. Ictus autem pedes ipſi dicuntur.In dimetiendis enim verſibus ad pedes ſingulos plauſus quidam & ſoni ſiue pedibus,ſiue manuum digitis edebantur. Plauſus & percuſſiones vocat D.Auguſtinus in libris de Muſica. Et idem in hoc genere ſic loquitur : Sed quod ad propoſitum attinet,admoto plauſu iſta percurram,vt de hoc quoque diiudicare poſſis, vtrũ aliquid an nihil claudicet. Item,Eoſdem pedes,inquit,collocatos, aliter atque aliter perſonandos mihi plaudendoſq; permitte. Item,Intende ergo & aurem in ſonum,& in plauſum oculos:non enim audiri, ſed videri opus eſt plaudentem manu. atq; ita ſæpè. Quibus ex verbis intelligimus in plaudendo dimetiendóque, manu ac digitis vſos fuiſſe veteres. Ipſe Horatius pôſt :

Legitimumque ſonum digitis callemus,& aure.

Et in.9.Quintil. Nam rhythmi,vt dixi,neq; finem habent certum, nec vllam in cõtextu varietatem,ſed qua cœperunt ſublatione ac poſitione

ad

" ad finem vſque decurrunt. Oratio non deſcendit ad ſtrepitum digito-
" rum. Idemq́ paulò antè hæc ipſa, Inania quoque tempora rhythmi fa-
" cilius accipiant, quanquam hæc & in metris accidunt: maior tamen illic
" licentia eſt, vbi tempora etiam animo metiuntur, & pedum, & digitorũ
" ictu interualla ſignant quibuſdam notis, atq; æſtimant quòd breues il-
" lud ſpatium habeat. inde τετράσημον, πεντάσημον. deinceps longiores fi-
" unt percuſſiones. nam σημεῖον tempus eſt vnũ. Ad eandem percutiendi
rationem illi Horatij verſus fortè pertineant in Sermonib.

" — *Pede ter percuſſo forte epos acer*
" *Vt nemo ducit Varus.* — Et in Epiſt. ille,
" *Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho.*

Terentianus, ictus quoque vocis ipſius in pronunciando percuſſiones appellat. Trimetri ergo ſenûm ſunt pedum ſiue ictuum, quæ græcè dici opinor etiam κρούσματα. *Primus ad extremum ſimilis ſibi*) Perpetui
" erant in eo verſu iambi pedes, qui tamen verſus, vt ait Terentianus, cul
" patur in tragœdiis, Et rarus intrat ex iambis omnibus. *Non ita pridem*)
Recepit etiam ſcilicet, quod ſequitur, ſpondeos ſtabiles. Sic idem quoque verſum finit in ſecundo Sermonum, Sat. 2.

" — *Haud ita pridem*
" *Galloni præconis erat acipenſere menſa*
" *Infamis.* — *Spondeos ſtabiles*) ἀναβεβλημένους καὶ

βραδεῖς. Dionyſ. Halicarn. Stabiles quoque pedes vocat Quint. in. 9. lon
" gis conſtantes ſyllabis. Sed quò quique ſunt, inquit, temporibus plenio-
" res, longisq́ ſyllabis magis ſtabiles, hòc grauiorem faciunt orationem:
" breues celerem ac mobilem: vtrumq; locis vtile. Nam & illud opus eſt
" velocitate, tardum & ſegne, & hoc vbi pondus exigitur, præceps ac re-
" ſultãs meritò damnetur. Et alibi, Omnes ij qui in breues excidunt, mi-
" nus erunt ſtabiles. Et in Actio Iouianus Pontanus, ſpondæorum eſſe
" docet orationem ſtabilire. verba enim illius hæc ſunt, Spondæi namq;
" continuati numeros ſtabiliunt, redduntq́ illos ſubtriſtiores: neq; enim
" fluere illos ſinunt. Ergo admixti ſunt iambis ſpondei, vt iamborum celeritas, quaſiq́ præcipitantia, ſpondeorum tarditate ac pondere firmaretur, & ſuſtineretur, eſſetq́ celeritas tarditate temperata. M. Tullius in .5. Epiſt. famil. Mobile, vt ſuprà demonſtraui, opponit ſtabili.

In iura paterna recepit) Vel ſibi quaſi adoptauit, vel, quod rectius puto, ita illum recepit, vt non ſolùm ipſe ſedes illas in iambo teneret, ſed etiam ij qui ex eo per reſolutionem, vt loquuntur grammatici, naſcuntur. Quod vt ſic accipiam, faciunt Terentiani verba. quæ quia totum hunc omnino locum illuſtrant, adſcribenda exiſtimaui,

" *Vides vt icta verba raptet impetus,*
" *Breuemq́ crebra conſequendo longula*

„ *Citum subinde voluat arctius sonum*
„ *Iambus ipse: sex enim locis manet:*
„ *Et inde nomen inditum est senario:*
„ *Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,*
„ *Scandendo binos quòd pedes coniungimus.*
„ *Quæ causa cogat, non morabor edere.*
„ *Nam mox Poëtæ (ne nimis secans breuis*
„ *Lex hæc iambi verba pauca admitteret*
„ *Dum parua longam semper alterno gradu*
„ *Vrget, nec aptis exprimi verbis finit*
„ *Sensus, apertè dissidente regula)*
„ *Spondeon, & quos iste pes ex se creat,*
„ *Admiscuerunt, impari tamen loco.*

C. Cæsaris verba in. 1. De bello Gallico, & verborum, & huius Horatianę sententię similitudinem quandam retinent, illa, „ Quibus illi agros „ dederũt, eosq; in parem iuris libertatisq; cõditionem atq; ipsi erant, receperunt. *Non vt de sede secunda, Cederet aut quarta*) Qui tamen „ adhuc versus Donato non satis probantur. Veteres, inquit ille, etsi ipsi „ quoque in metris negligentius egerunt, iambici versus, duntaxat in se„ cundo & quarto loco: tamen à Terentio vincuntur resolutione huius „ metri, quantum potest, comminuti ad imaginem prosæ orationis.

Socialiter) Vel vt simul cum spondeo coniungeretur, vel vt idem repetatur iambus. Carisius enim in extremo. 1. lib. sociari casus illos dicit, qui iidem omnino sint, vt Nominatiuus, genitiuus, & vocatiuus sociantur, vt Facilis, Gracilis. *Nobilibus trimetris*) Qui nobiles habentur immeritò. Accius aũt tragicus poëta fuit, vt scribit Paterculus in priore volumine, cuius atque aliorum illius temporis tragicorum aspera ac rudia scripta, non nisi inuenti nomine laudanda erant.

Apparet rarus) Simile hoc illi apud Virgilium in primo Æneid.

„ *Apparent rari nantes in gurgite vasto.*

„ Cicero quoque penè eodem modo in Bruto, Quid igitur, inquit, causę „ est Brutus, si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in oratio„ nibus eius apparet? Minus igitur eorũ versus erant laudandi, qui eiusmodi pedibus non frequentabantur.

In scenam missos magno cum pondere versus,
Aut operæ celeris nimium curaque carentis,

Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quiuis videt immodulata poëmata iudex:
Et data Romanis venia est indigna poetis.
Idcircóne vager, scribamque licenter? an omnes
Visuros peccata putem mea tutus, & intra
Spem veniæ cautus? vitaui denique culpam
Non laudem merui. Vos exemplaria græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Obscurat hunc sanè locum vox illa vna, Ponderis. nec enim dum satis constitutum habeo, an ad spondeorum molem illam ac pondus referã, an ad ipsorum potius fastum poëtarum ac superbiam. Ad priorẽ namque sententiam hortantur illa me, quæ mox de iambis & spondeis dixit. Poëtas enim Romanos reprehendebat, quorũ erat in versibus rarus pes iambus, multus autem & frequens esset spondeus. vt id hoc loco diceret, versus eiusmodi spondeis graues rideri à perito iudice tanquam illaboratos & fusos temere, aut artis ipsius inscitia, spondeis scatentes. At vt putem quoque de poetarũ hæc dici superbia, locus apud eundẽ me impellit vnus, in quo loco verbo hoc ipso ponderis ac de poetis quidem agens, vtitur. versus illius in epistola ad Mecœnatem sunt,

„ *Non ego nobilium scriptorum auditor, & vltor,*
„ *Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.*
„ *Hinc illæ lacrymæ. spissis indigna theatris*
„ *Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.*

Sed est prior, vt mihi quidem videtur, sententia potior. *Aut operæ celeris nimium)* Quæ videantur esse ludentis, &, vt ait ille, scripta non nimium laboriosè, vt ἀυ6οσχεδίασμα potius illud esse censeatur. Contrà verò à Cicerone multa opera quis esse dicitur, diligens & scribens accu„ ratè. Multaque opera, inquit ille in Bruto, multaque industria Rutilius fuit.

Aut ignoratæ premit artis) Vel iudex, quod sequitur, vel ipsemet qui versus fecit, seipsum, artem non adhibens, premit. Est autem premere, damnare, ac carpere. Idem in Epist ad Lollium,

„ *Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.*

Et ad Mecœnatem,

„ *Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector*
„ *Laudet, ametque domi, premat extra limen iniquus.*

Immodulata poëmata iudex) Immodulata, ἀμελῆ, οὐ μέτρον ἔχοντα. idque propter iambi suis locis negligentiã. Iudex aũt κριτικὸσ dicitur. Idẽ pòst:

In

,, *In Meti descendat iudicis aures.* Et iterum,

,, *Iudicis argutum quæ non formidet acumen.*

Et in Epist. ad Alb. Tibullum,

,, *Albi nostrorum sermonum candide iudex.*

Idcirco ne vager, scribamq; licenter) Propterea ne, inquit, hanc scribendi licentiam permittam mihi (sic enim M. Tullius loquitur) quia poëtis venia hæc datur pedum ac numerorum? *An omnes visuros peccata putem mea?*) An ego existimem tam acutos fore cæteros homines, quàm est iudex ipse? *Et intra Spem veniæ*) Cùm tamen adhuc venia pateat numerosum carmen non facienti. In manuscripto quodā non, An omnes, sed, Vt omnes. Hac fortè sententia, Ita ne licenter scribam contemptis omnino, & disiectis numeris, vt omnes id & sentiant, & ignoscāt tamē?

Vitaui deniq; culpam. Non laudem merui) Effugi populi repræhensiones, & aliorum exemplo feci, etsi nullam sum ab eruditis hominibus laudem consecutus. Ille verò totidem penè verbis Plautinū illud è Trinū. huc transtulit, *Si quid amicum erga benefeci, aut consului fideliter,*

,, *Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.*

Vos exemplaria Græca) In quibus maior iambi cura, quæq; verè sunt exemplaria, & faciendi quasi quædā regula. *Nocturna versate manu, versate diurna*) Pisones alloquitur suos. sed quemuis tamen poëtam hortatur, vt Græcorum scripta perdius & pernox euoluat.

At nostri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauère saleis: nimium patienter vtrunq;,
Ne dicam stultè mirati: si modo ego, & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto:
Legitimumq; sonum digitis callemus & aure.

Maiores, inquit, nostri præteritis Græcis, qui tum in iocis, tum numeris ipsis ponendis principem locum facilè tenent, vnum Plautum admirabantur & adamabant, nimis id quidem patienter. Est hæc autem audiendi patientia. quo verbo sæpè M. Tullius vtitur. Iisq; in rebus vti solemus, quæ indignæ sunt quæ à nobis vel fiant, vel ferantur.

Idem in prima Epist. ad Sæuam.

,, *Si pranderet olus patienter.* — Dissentire tamen Cicero mihi quodam loco videtur ab hac Horatij sententia. In. 2. enim de
,, Orat. sic scribit, Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum
,, Romani veteres atq; vrbani sales. Quem locum pleniorem in meis appendicibus legas. Et ad ea quæ de Atticorum salibus ac iocis à Cicerone dicuntur, hæc eiusdem quoq; è lib. 5. de Finib. adiungas licet, Hic ergo

go: Pomponius quidem, inquit, noster iocari videtur, & fortasse suo iure. Ita enim Athenis se collocauit, vt sit penè vnus ex Atticis: vt etiã cognomine videatur habiturus. *Ne dicam stultè mirati*) Manuscriptus vnus, quod in primo versu habuit, vestri proaui, hoc loco quemadmodum decebat ne Pisones ipsos offenderet, habebat, Non dicam.

Legittimumq; sonum digitis callemus & aure) Hæc ex illis, quæ suprà posuimus satis esse intellecta confidimus. sed pro Digitis in manuscripto quodam vnitatis numero legebatur Digito. Impressam lectionem Quintilian. verba, quæ suprà posuimus, probabiliorem faciunt. Legitimus verò sonus idem quod & legitima percussio apud Augustinum in libris illis de Musica. Ipse in.2.Epist. ad Florum,

Atqui legitimum cupiet fecisse poëma.

Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis:
Quæ canerent, agerentq; peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ
Æschylus, & modicis instrauit pulpita tignis:
Et docuit magnumq; loqui, nitiq; Cothurno.

Discendæ sunt à Græcis virtutes omnes atq; elegantiæ, siue tragœdias, siue comœdias scribere ac docere in animum inducas tuum. sunt enim illi auctores & parentes elegantiarum omnium atque ornamẽtorum, nihilq; ferè habẽt Latini nostri quod nõ ab his magistris didicerint atq; acceperint: vt Thespis ipse, qui tragœdiam primus, antea nemini notam dedit. Deinde attulit ad eandem artem quoq; Æschylus & pallæ, & personarũ vsum in scenis, quẽadmodũ aliæ deinceps p alios ad hanc artem factæ sunt accessiones. Quod ad ipsius autẽ tragœdiæ ortum pertinet, etsi eius auctorem Thespin fuisse propriè scribit Horatius hoc loco, ex Aristotelis tamen in Poëtica verbis, quis is fuerit, nõ planè constat, nisi fortè aut Dores, aut Siculi ipsi fuisse primi repertores censeantur. Verba ea de re sunt Aristot. hæc, διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωρῆς. τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρῆς. οἵ τε ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης, καὶ οἱ ἐκ Σικελίας. ἐκεῖ γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής, πολλῷ πρότερος ὢν Χοννίδου, καὶ Μάγνητος, καὶ τῆς τραγῳδίας ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ποιούμενοι τὰ ὀνόματα σημεῖον. Suidas eam esse nonnullorum opinionem scribit, Thespin ipsum πρῶτον τραγικὸν fuisse. Donatus id ipsum quoque duobus confirmat locis. Quorum in altero versus etiam hosce omnes Horatij ponit. *Peruncti fecibus ora*) Id genus carminis, inquit Donatus, quod sacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur, vel ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc est, ab hirco hoste vinearum, & à cantilena, eius rei apud Virgil. plena fit mentio: vel quòd hirco donabatur

,, nabatur eius carminis poëta, vel quòd vter eius musti plenus solenne
,, præmium cantoribus fuerat, vel quòd ora sua fecibus perlinebant sce-
,, nici ante vsum personarum ab Æscylo repertum. Feces enim dicuntur
τρύγες. Diomedes cùm iam eadem ferè illa alia commemorasset, hoc
,, quoq; ipsum subiungens vltimum scribit, Alij putant à fece, quam Græ-
,, corũ quidam τρύγα appellant, tragœdiam nominatã, permutatione lite-
,, rarũ in aduersum: quoniã olim nondũ personis à Thespide repertis tales
,, fabulas peruncti ora fecibus agitabant: vt rursum est Horat. testis sic.

,, *Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ*
,, *Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis,*
,, *Quæ canerent, agerentq́; peruncti fæcibus ora.*

,, Suidas quoque de eodem hæc Thespide, ἄλλοι δὲ αὐτὸν πρῶτον τραγικὸν
,, γενέσθαι φασὶ, καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμμυθίῳ ἐτραγῴδησεν.

Post hunc personæ pallæq́; repertor honestæ Æschylus) Donat. & hæc, &
,, alia scenica enumerãs insignia, sic scribit, Sed primò vna persona substi-
,, tuta est cantorib. quæ respõdens alternis choro locupletauit variauitq;
,, rem musicam, tum altera, tum tertia, & ad postremum crescente nume-
,, ro, per auctores diuersos, personæ, pallæ, cothurni, socci, & cæteri or-
,, natus atque insignia scenicorum reperta, & ad hoc vnicuique suus ha-
,, bitus, & quæ sequuntur. Personam Græci & πρόσωπον & προσωπεῖον di-
,, cunt. Cuius repertorem tamen ignorari scribit Aristot. in Poetica, ἤδη
,, δὲ, inquit, σχήματά τινα αὐτῆς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτῆς ποιηταὶ μνημονεύονται.
,, τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνό-
ηται. Vnde autem persona dicta sit, de C. Bassi sententia Gellius in .5.
cap. 7. docet. Pallam verò tragicum id esse schema (sic enim Cecilius
& Plautus, vt Carisius scribit, locuti sunt) versus illi quoque Ouidij è
prima lib. 3. Elegia ostendunt:

,, *Venit & ingenti violenta Tragœdia passu,*
,, *Fronte comæ toruæ, palla iacebat humi.*

Et modicis instrauit pulpita tignis) In plaustris antè agebat Thespis, in
pulpitis verò postea Æschylus, sed breuioribus atq; vt angustis adhuc
rerum initiis, ipsis quoque pulpitis angustioribus. Nisi fortè cuiusmodi
essent Græcorum pulpita sic indicare voluit: erant enim minore latitu-
dine quàm Latinorum. Qua de re sunt M. Vitruuij verba in. 5. cap. 8.
,, Item centro collocato in sinistro cornu ab interuallo dextro cicuma-
,, gitur ad proscenij sinistram partem. Ita tribus centris hac descriptione
,, ampliorem habent orchestram Græci, & scenam recessiorem, minoreq;
,, latitudine pulpitum, quod λογεῖον appellant. Erat autem proscenij pul-
pitum, quemadmodum ex eiusdem Vitruuij verbis eodem libro cap. 6.
intelligi potest, locus is, vbi agebant histriones atque actores ipsi, è sce-
na verò exibant. id è Q. Terentij Scauri grammatici verbis illis intelligi
,, potest, A scena venit, spectator è scena venit, qui egit contrà, spectator
è thea-

,, è theatro, à theatro actor: de ſcena loquitur, qui de ea bene, an male ,, ornata ſit, loquitur: In ſcena pronunciat, qui hoc idem ſubtilius vult di- ,, cere, non in ſcena, ſed pro ſcena dicit: pronunciare actorem in ſcena ſi- ,, gnificanter græcè dicimus. E ſcena actor exit, venit in pulpitum ac ve- ,, ſtibulum. in ſcena itaque actor eſt, cùm eò venit. Confirmat idipſum quoque verſus ille Ouidianus,

,, *Mecœnas tragico quatientem pulpita geſtu.*

Et illi eiuſdem alij in .2. De triſtibus,

,, *Scribere, ſi fas eſt, imitantes turpia Mimos,*
,, *Materiæ minor eſt debita pœna meæ.*
,, *An genus hoc ſcripti faciunt ſua pulpita tutum?*
,, *Quodq́ licet mimis ſcena licere dedit.*

Idemq; Horatius in epiſtola ad Auguſtum,

,, *Quàm non aſtricto percurrat pulpita ſocco.*

,, Et Donatus, planipedia autem dicta, inquit, ob humilitatem argumenti ,, eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno, aut ſocco vtuntur in ſce- ,, na aut pulpito, ſed plano pede. Iuuenalis quoque Satyra octaua quid id eſſet propriè oſtendit, hoc modo,

,, *Hæc opera, atque hæ ſunt generoſi principis artes,*
,, *Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita ſaltu*
,, *Proſtitui.* — Vſus eodem eſt verbo cùm antè, tum in epiſtola ad Mecœnatem: quos eius verſus ſuprà poſuimus. Vſus item Martialis in .1. ad Flaccum,

,, *Quid tibi cum cyrrha, quid cum permeſſidos vnda?*
,, *Romanum proprius, diuitiusq́ forum eſt.*
,, *Illic æra ſonant, & circum pulpita noſtra*
,, *Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.*

Magnumque loqui) Ita magnum loqui dixit, quemadmodum ad Auguſtum idem tragicum ſpirare,

,, *Nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet.*

μεγαλοῤῥήμονας Græci vocant, quod Latini magniloquos. qua voce eſt vſus Mart. in Candidũ. *Nitiq; cothurno*) Id eſt, eum ille primus inuenit.

Succeſſit vetus his Comœdia, non ſine multa
Laude, ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex eſt accepta: chorusq́;
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.

Hoc quoque Græcorum inuentum vetus ipsa comœdia: quę cuiusmodi fuerit, quamq́ ob causam dicta fuerit vetus, declarat his verbis Donatus, Quæ tamen in ipsis ortus sui velut quibusdam incunabulis & vixdum incipiẽs κωμῳδία ἐπώνυμος καὶ ἀρχαία dicta est. ἀρχαία idcirco, quia est de nobis parum cognitis vitiis. ἐπώνυμος autem, quia inest in ea velut historica fides, veræ narrationi, & denominatio omnium de quibus liberè describebatur. Etenim per priscos poëtas, non vt nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestę à ciuibus palàm cum eorum sępè qui gesserant nomine decantabantur. ideo ipsa suo tempore moribus multùm profuit ciuitatis, vt cùm vnusquisque caueret, culpa ne spectaculo cæteris esset, & domestico probro. Sed cùm poëtæ abuti licentius stilo & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata, siluêre. Idem Horatius poëtas olim liberè aliorum vitia palamq́ ac nominatim carpentes lege ꝓhibitos fuisse, ne id amplius facerent, simillimis versibus in Epistola ad Augustum vtens ait,

Fescenina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit,
Libertasq́ recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter: donec iam sæuus apertam
In rabiem cœpit verti iocus, & per honestas
Ire domos impunè minax, doluere cruento
Dente lacessiti, fuit intactis quoque cura
Conditione super communi. quin etiam lex
Pœnaq́ lata malo, quæ nollet carmine quemquam
Describi, vertêre modum formidine fustis
Ad benèdicendum, delectandumq́ redacti.

Chorus) Fuit enim olim tantùm chorus ipsa tragœdia.

Nil intentatum nostri liquêre poëtæ:
Nec minimum meruere decus vestigia græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta:
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clarisue potentius armis,
Quàm lingua Latium, si non offenderet vnum-
Quemque poëtarum limæ labor, & mora. vos ò

Pom-

Pompilius sanguis carmen reprendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Quanquam Grecis summa omnia tribuo, non tamen Latinos non esse laudandos idem statuo, quorum vel imprimis egregij conatus fuerunt in scriptitandis fabulis, tametsi Græcorũ vestigiis non institerint. Eiusdem sunt penè sententiæ, quæ M. Tullius in principio primæ Tusculanæ de vtraque gente tum Græca, tum Latina commemorat.

Celebrare domestica facta) Qui res à suis gestas carminibus conscripserunt, ab exterorum factis se abstinuere. *Vel qui prætextas vel qui do-*
„ *cuere togatas*) Comœdiam agud Græcos, inquit Donatus, dubium est
„ quis inuenerit primus: apud Latinos certum est. Comœdiam & tragœ-
„ diam togatam primò Liuius Andronicus reperit. Idem paulopòst, To-
„ gatæ, iuxta formam personarum, habitum togarum desiderantes. De
„ prætextatis idem Donatus hæc, Fabula generale nomen est. Eius duæ
„ primæ partes sunt, Tragœdia & Comœdia. Si Latina argumentatio sit,
prætextata dicitur. Sed ad hunc locum attemperatius verba Diomedis
„ adduci possunt illa in. 3. Initio togatæ comœdiæ dicebantur, quòd oĩa
„ in publico honore confusa cernebãtur. quæ togatæ postea in prætex-
„ tatas & tabernarias diuidebantur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ secun
„ dum ritus & habitus hominum togatorum, id est Romanorum. Toga-
„ namq; Romana est, sicut Græcas fabulas ab habitu æquè palliatas, Var-
„ ro ait, nominari. Togatas autem, cùm sit generale nomen, specialiter ta-
„ men pro tabernariis nõ modò communis error vsurpat, quia Fannius
„ togatas appellat, sed & poetæ, vt Horatius, qui ait,
„ *Vel qui prætextas vel qui docuere togatas.*
„ Togatarum fabularum species tot ferè sunt quot & palliatarum.
„ Nam prima species est togatarum, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus
„ Imperatorum negotia agebantur, & publica, & reges Romani vel du-
„ ces inducuntur personarum dignitate & sublimitate tragœdiis simi-
„ les. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum vel magistratuum
„ qui prætexta vtuntur, in huiusmodi fabulis acta comprehenduntur.
Sunt autem prætextatæ etiam togatæ fabulæ, vt & vestis, prætexta dicitur, quæ auctore Carisio, referenda sit ad togam. Docendi verbo sic
„ quoque Cicero est vsus in Bruto, Atque hic Liuius, inquit, qui primus
„ fabulam C. Clodio filio, & M. Tuditano Coss. docuit anno ipso anteq̃
„ natus est Ennius. Vsitatum Græcis etiam in hoc genere suum διδάσκειν.
„ Atheneus in. 9. ἀναξανδρίδης διδάσκων ποτὲ διθύραμβον ἀθήνησιν εἰσῆλθεν
„ ἐφ' ἵππου. Et Suidas de Thespide, ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ ὀλυμπιάδος. Et qui comœdias docent, ab Isocrate in oratione de Pace, κωμῳδοδιδάσκαλοι, qui verò tragœdias ab Aristotele in Poetica, τραγῳδοδιδάσκαλοι dicuntur. Ac simpliciter διδασκάλους vocat Plutarchus in libro de

Musica, ἀλλὰ γὰρ, inquit, καὶ αὐλητικὴ ἀπὸ ἁπλουστέρας εἰς ποικιλωτέραν μεταβέβηκε μουσικήν. τὸ γὰρ παλαιὸν ἕως εἰς Μελανιππίδην, τὸν τῶν διθυράμβων ποιητήν, συμβεβήκει τοὺς αὐλητὰς, παρὰ τῶν ποιητῶν λαμβάνειν τοὺς μισθοὺς πρωταγωνιστούσης δηλονότι τῆς ποιήσεως. τῶν δὲ αὐλητῶν ὑπηρετούντων τοῖς διδασκάλοις.

Si non offenderet vnumQuemque poetarum limæ labor) Eadem figura & modo idem verbum diuidit in.2.epist. ad Florum,

Naturæ Deus humanæ mortalis in vnum-
Quodque caput. — *Limæ labor & mora*) Stilo tempus minimè dant, & editionem præcipitant. Qua de re idem ad August.

Sed turpem putat in scriptis metuitq́; lituram.

At pertractari sæpè, & multis refici inculcariq; locis debet opus diu victurum. Mora verò intelligi potest ea, quæ trahitur in perspiciendo & corrigendo opere: vel id etiam tempus, quo latent scripta nostra, seposita non opera vt antea feruente. Nõ enim dubium est, vt ait Quintilianus, optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea post interuallum velut noua, & aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tanquam recentes fœtus blandiantur.

Pompilius sanguis) Ad huius imitationem loci Pers. in prima Satyra,

Vos ò patricius sanguis, quos viuere fas est
Occipiti cæco. —

Quo sanè modo significare scriptores sobolem consueuerunt.

Virg. 6. Æñ. *Proijce tela manu sanguis meus.* —

Idem Horatius in.2.Carm.Ode.20.

— *Non ego pauperum* *Sanguis parentum.* —

In.3.Carm. — *Nisi herile mauis*
Carpere pensum
Regius sanguis. — Et ad Antonium pòst,
Seu deos regesq́; canit deorum
Sanguinem. — Tum postremò in seculari carmine,
Clarus Anchisæ Venerisq́; sanguis.

Velleius quoque Paterculus in priore volumine, de filiis Pauli Æmilij agens, Quæ vox, inquit, veluti oraculo emissa, magna parte eum spoliauit sanguinis sui. Nam alterum ex suis quos in familia retinuerat liberis, ante paucos triumphi, alterum post pauciores amisit dies. *Et multa litura coërcuit*) Cicero in lib. de Senect. Coercendi verbo est vsus propriè de vite, Quam serpentem, inquit, multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarũ, ne sylueſcat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Et Quintil. inde transferẽs in.10. de emendatione, Premere verò tumentia, inquit, humilia extollere, luxuriantia adstringere

gere, inordinata dirigere, soluta componere, exultantia coërcere, duplicis operæ. Aut interpretemur coërcere scripta, quæ lima & mora tardat ac tenet, nec in publicum sinit exire. Quo verbo Maro in.4.Georg. de cõclusis, quosq́; vis aliqua inde, vbi essent prohiberet exire, sic vtitur,

Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq́; palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.

Cice in.2.libro de Finibus, de oratione perpetua & rapida, quæ quasi tenenda & frenanda sit, verbo eodem est vsus hoc modo, Cùm enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas. Librum quoq; suum Martialis appellans, lituras huic esse molestas ait, Quæ diutius illum tenebant, ac ne veniret in lucem & manus hominum impediebant. Sunt enim hi versus apud illum Lib.1.

Sed tu ne toties domini patiare lituras,
Né ue notet lusus tristis arundo tuos,
Æthereas lasciue cupis volitare per auras:
I, fuge, sed poteras tutior esse domi.

Horatius pro eo vsus esse videtur quod est resecare ac recidere, est enim Saty.3.lib.2. hoc modo,

— Tu ne maius facias id
Quod satis esse putat pater, & natura coërcet.

Perfectum decies non castigauit ad vnguem) Erat in antiquissimis libris prioris verbi varia lectio. probiores habebant, Præsectum, non mala, vt opinor, sententia. Est enim id omnino attentè de re aliqua cogitantis, aut limantis etiam & polientis aliquid, vngues sibi mordendo præsecare ac rodere. Idem enim lib.1.Serm.Saty.10.

— Et in versu faciendo
Sæpè caput scaberet, viuos & roderet vngues.

Eiusdem & illud est sententiæ apud Persium in prima Satyra,

Nec Pluteum cædit, demorsos nec sapit vngues.

Legebatur id verbum quoque in perueteri libro corruptè sersPectum, quod, vt existimo, in suspectum mutari rectè potest, & labi facilè sic librarij manus potuit. vt sit hæc sententia loci huius, Quodcunq; condet carmen, suspectum habeat poëta, nec statim probet atque edat. Itaq; si prçsectum legimus, ad vnguem: sin autem suspectum, ad carmen ipsum referamus. Terentianus de literis ac syllabis ita loquitur,

Artium parens & altrix Græca diligentia est.

Lite-

,, *Literarum porrò curam nulla gens attentius*
,, *Repperit, poliuit vsq; finem ad vnguis vltimum.*

Sed dubium, an ad vnguium morsus illos, an ad lapidum iuncturam, de qua interpretes, referri debeat.

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit: & excludit sanos Helicone poëtas
Democritus: bona pars non vngues ponere curat,
Non barbam: secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium, nomenq; poëtæ,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Lycino commiserit. O ego læuus,
Qui purgor bilem sub verni temporis horam.
Non alius faceret meliora poëmata, verùm
Nil tanti est. ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.
Munus & officium nil scribens ipse docebo:
Vnde parentur opes: quid alat, formetq; poëtam:
Quid deceat, quid non: quò virtus, quò ferat error.

Peccant, inquit, etiam poëtæ nostri inepta quadam religione, qui se tum demum poëtas arbitrantur fore, si omnem penitus cultum abiecerint, horridiq; & squallidi conspiciantur. *Ingenium misera quia fortunatius arte Credit)* Ferri possit & Acronis & Porphyrionis sensus, verùm ego meliorem illum existimo, si misera arte sic intelligamus, propter artem ipsam pangendorũ carminum. Beatos enim illi se & bonis auctos omnibus arbitrantur, quòd miseram illam artem sint assecuti.

Excludit sanos Helicone poetas Democritus) Cice. in.1.de Diuinatione,
,, Atque etiam illa concitatio declarat vim in animis esse diuinam. Negat
,, enim sine furore Democritus quenquam poëtam magnum esse posse.
,, quod idem dicit Plato. quem, si placet, appellet furorem, dummodo is
,, furor laudetur, vt in Phædro Platonis laudatus est. Et idẽ in.2.de Orat.
,, Sæpe enim audiui poëtam bonum neminem (id quod à Democrito &
,, Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum
,, existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. Cur autem insanorum ars esse poetica dicatur, paulò aliter, vt opinor, Aristoteles in poe-
,, tica his verbis, ὅσα δὲ δυνατὸν καὶ τοῖς σχήμασι συναπεργαζόμενον ποιεῖν. πι-

θανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν εἰσι, δι ὁ καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος ἀληθινώτατα. δι ὃ εὐφυοῦς ἡ ποιητικὴ ἐστιν ἢ μανικοῦ. τούτων γὰρ οἱ μὲν, εὔπλαστοι, οἱ δὲ ἐξεταστικοί εἰσιν. *Secreta petit loca)*

Carmina secessum scribentis & otia quærunt. ait Ouid.

Multos, inquit Cicero, in primo de Diuinat. nemora syluæq; multos, amnes aut maria commouent. In eandem sententiam Cornel. Tacitus in dialogo, Poëtis, si modò dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquenda conuersatio amicorum, & iucunditas vrbis: deserenda cætera officia, vtq; ipsi dicunt, In memora & lucos, id est, in solitudinē recedendum est. Iuuen. quoque vacuum animum esse oportere eius, qui versus faciat, scribit, & in solo loco versari: eius hæc sunt,

Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus syluarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum. —

Idem Horat. in Serm. Solitudinem poëtæ aptam significans scribit,

Ergo vbi me in montem & in arcem ex vrbe remoui,
Quid prius illustrem Satyra Musaque pedestri?

Et ad Florum,

Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere, & contracta sequi vestigia vatum?

Balnea vitat) Loca videlicet celebria, & à multis frequentata. quod ipsum puto à Cicer. in .2. de Orat. verbis illis indicari, Quòd nisi puberem te, inquit, iam haberet, quartum librum composuisset, & se etiam in balneis locutum, cum filio scriptum reliquisset. Et ab eodem Horatio in .1. Serm. Satyra .4.

Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus,
Non vbiuis, corámve quibuslibet. In medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi quique lauantes.
Suaue locus voci resonat conclusus, inanes
Hoc iuuat, haud illud quærentes, num sine sensu
Tempore num faciant alieno. —

Nanciscetur enim precium) Vt in precio sit, atque habeatur. *Si tribus Anticyris Caput insanabile)* Hellebori ferax insula est Anticyra. quos igitur summæ notat insaniæ, eos qui in Anticyram mittantur, dignos esse prouerbio quodam dicit. Idem enim lib. 2. Serm. Satyr. 3.

Danda est hellebori multo pars maxima auaris,
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Qui

Qui purgor bilem) Atram videlicet, quæ homines plerunque adigit ad insaniam. legebatur hic versiculus in manuscripto etiã sic scitissimè,

" *Et purgo bilem sub verni temporis horam?*

Vt sit hæc indignatio, cuiusmodi illud quoq; Maronianum in .1. Æneid.

" *— Et numen quisquam Iunonis adoret Præterea? —*

" Cicero quoque sic in .2. Philipp. Et tu in Cæsaris memoria diligens? Et, namque particula ei rei significandæ vel maximè conuenit.

Sub verni temporis horam) Græcorum morem & consuetudinem loquendi secutus est. Hi enim quatuor anni partes ὥρας vocant. Cuiusmodi credo horas intelligens ipse sic in.1.Carm. scripsit,

" *Qui mare, & terras, variisque mundum*
" *Temperat horis.* Ver ipsum verò curationibus & purgationibus, vt medici docent, tempus est idoneum maximè.

Verum Nil tanti est) Vt me mentis ipsius sanitate priuem meæ.

Ergo fungar vice cotis) Huius auctorem dicti fuisse Isocratẽ referente Plutarcho docui antè in commentariis in libellum M.Tullij de Opt.genere orat. *Quid alat formetque Poetam)* Vtitur eodem formandi verbo penè sic etiam in epist. ad August.

" *Mox etiam pectus præceptis format amicis.*
Et in.1.Carm.Ode.10.
" *Qui feros cultus hominum recentum*
" *Voce formasti catus. —* Et in.3.Ode.24.
" *— Et teneræ nimis*
" *Mentes asperioribus*
" *Formandæ studiis. —*

" Et Quintil.lib.12. cap.11. Frequentabunt eius domum optimi iuuenes,
" more veterum, & veram dicendi viam velut ex oraculo petent. Hos il-
" le formabit quasi eloquentiæ parens, & vt vetus gubernator littora, &
" portus, & tempestatum signa, quid secundis flatibus, quid aduersis ratis
" poscat, docebit, non humanitatis ductus officio, sed amore quodam operis. *Quid deceat, quid non)* Ferè sic in epist. ad Lollium,

" *— Quid turpe, quid vtile, quid non.*

Scribendi rectè, sapere est & principium, & fons.
Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ,
Verbáque prouisam rem non inuita sequentur.

Quoniam se nihil scribentem interim, scribendi tamen præcepta traditurum dixit, hoc ergo loco primum præceptum hoc statuit, Philosophię ac

ac sapientiæ studium, id est, rerum diuinarum ac humanarum scientiam, quantum queas adipisci & consequi. Est enim philosophia aliarum omnium mater artium, & dux tum vitæ, tum scribendi: cuius innumerabiles penè commoditates, cùm illi qui de philosophiæ laudibus aliquid scripsere, tum M. Tullius sexcentis locis, ac in primo quidem de Orat. maximè. in quo cùm philosophiæ Crassum summa omnia tribuentem fecisset, Antoniũ respõdentem ac repugnantẽ hoc sanè induxit modo,
„ Neque verò istis tragœdiis tuis, quibus vti philosophi maximè solent,
„ Crasse perturbor, quòd ita dixisti, neminem posse eorum mentes, qui
„ audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere, cùm eo
„ maximè vis oratoris, magnitudoq́ꝫ cernatur, nisi qui rerum omniũ na-
„ turam, mores hominum atqꝫ rationes penitus perspexerit, in quo phi-
„ losophia sit oratori necessariò percipienda. quo in studio hominum in-
„ geniosissimorum, otiosissimorum, totas ætates videmus esse contritas.
„ quorũ ego copiam, magnitudinemq́ꝫ cognitionis atque artis non mo-
„ dò non contemno, sed etiam vehementer admiror. nobis tamen qui
„ in hoc populo foroq́ꝫ versamur, satis est ea de moribus hominũ & scire,
„ & dicere, quæ non abhorrent ab hominum moribus. Quis enim vn-
„ quàm orator magnus & grauis, cùm iratum aduersario iudicem facere
„ vellet, ea dixit, quæ à philosophis dici solent? &c. Quæ ideo posui, vt quàm infirma sint ea, quæ contra philosophiæ laudem adduci possent, ex hoc Antonij sermone cognoscerentur. *Scribendi rectè*) Ingenio alij, solaq́ꝫ indole & natura contenti sunt, sine furore illo poëtico. Verùm enimuero is demũ bonus est poëta, qui didicit, seq́ꝫ diligenter ipse exercuit in rerum perspicienda & peruestiganda natura, & varietate. Proluant illi labra caballino suo fonte, vt ait ille, & in bicipiti Parnasso altũ obdormiant, licet. *Rem tibi Socraticæ*) Rem tu quidem ipsam è Platonicis scriptis melius disces, quam verborum facilis sequetur ornatorum copia. *Verbaq́; prouisam rem non inuita sequentur*) Similiter Cicero lo-
„ quitur in. 1. de Orat. Tantumq́ꝫ hominis ingeniosi ac memoris valuit
„ exercitatio, vt cùm se mente & voluntate coniecisset in versum, verba
„ sequerentur. Simile quiddam de arborũ cultu scribit Virg. in. 2. Georg.

„ *Exuerint syluestrem animum, cultuq́ꝫ frequenti*
„ *In quascunq́ꝫ voces artes, non tarda sequentur.*

Ipse in. 2. Epist. ad Florum verba inuita itidem dixit,

„ *Verba mouere loco, quamuis inuita recedant.*

Sed quæ verba intelligat Horat. hoc in versiculo, Quintilian. in primo
„ cap. 9. declarat his verbis, Hęc exigitur verbis aut singulis, aut pluribus.
„ Verba nunc generaliter accipi volo: nam duplex eorum intellectus est,
„ Alter, qui omnia per quæ sermo nectitur, significat. vt apud Horat.

„ *Verbaq́ꝫ prouisam rem non inuita sequentur:*

Alter, in quo est vna pars orationis, lego, scribo.

Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis:
Quo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes:
Quod ſit conſcripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum miſſi ducis: ille profectò
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuique.

Eſt enim hæc ſapientiæ pars, quæ ſint in vita communi poſita, ea non ignorare, omniaq́ officia in omnem partem ſcire, leges & conſuetudinem tenere, atque eius generis cætera. *Quo ſit amore parens, quo frater amandus*) Amore amandus, ſic dictum ab illo eſt, vt à Cicerone, laudandus laudibus. Et M. Cato dierum dictarum de Conſul. ſuo, Laudant me maximis laudibus, tantum nauium exercitum, tantum commeatum non opinatum eſſe quemquam hominem maturrimè comparare potuiſſe. Et Cecilius, omnibus lætitiis lætum eſſe. Et Virgil. in. 7. Æneid.

— Patriaq́ Latinus Sede ſedens. —

Et hoſpes) Idem in. 2. Epiſt. ad Florum, in cæteris vitæ muniis hoſpitis amabilitatem numerans, ait,

Cætera qui vitæ ſeruauit munia recto
More, bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes.

Reddere perſonæ ſit conuenientia cuique) τὰ ἐνόντα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα.

Reſpicere exemplar vitæ morumq; iubebo
Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.

Definiunt enim, vt ait Donatus, Comœdiam ſic, κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. Ac paulò pòſt idem, Comœdiam & tragœdiam togatã primo Liuius Andronicus reperit: aitq́ Comœdiam eſſe quotidianæ vitæ ſpeculum: nec iniuria. Nam vt intenti ſpeculo veritatis lineamenta facilè per imagines colligimus, ita lectione comœdiæ imitationem vitæ, conſuetudinisq́ nõ ægerrimè animaduertimus. Ariſtot. quoque in Poët. cùm dicat non res geſtas poëtam narrare, ſed quæ geri potuerunt, & credi poſſunt, idem nimirum ſentit, hoc facultatis eſſe poëticæ, vitam imitari hominum atq́ actiones humanas probabiliter, φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, inquit, καὶ ὅτι οὐ τὸ τὰ γινόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστίν. ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον. ὁ γὰρ ἱστορικὸς καὶ ὁ ποιητὴς οὐ τῷ ἢ ἔμμετρα λέγειν, ἢ ἄμετρα διαφέρουσιν. εἴη γὰρ ἂν τὰ Ἡροδότου εἰς μέτρα τιθέναι, καὶ οὐδὲν ἧττον ἂν εἴη ἱστορία τις μετὰ μέτρου ἢ ἄνευ μέτρου. ἀλλὰ τούτῳ διαφέρει, τῷ τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν, τὸν δέ, οἷα, ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστίν. ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δ' ἱστορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει. Alij verò probabiliter quoq́ hunc locum ſic interp̃tantur, vt exemplar illud

referatur ad id quod in vnoquoque genere rerum earum, quas poëta tractat, summum est & perfectissimum: vt in irato summam iram effingat: in pio summã pietatem. atq; hæc huius loci cum verbis illis Aristot.
,, in Poëtica coniugunt, ἐπεὶ δὲ μίμησις ἐστὶν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μι-
,, μεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορ-
,, φὴν ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον, καὶ ὀρ-
,, γίλους καὶ ῥαθύμους, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἔχοντας ἐπὶ τῶν ἠθῶν, ἐπιεικείας ποιεῖν
,, παράδειγμα, ἢ σκληρότητος δεῖ, οἷον τὸν Ἀχιλλέα ἀγαθὸν καὶ ὅμηρος.

Vitæ morumque) His ille postremis duobus verbis, tertiam philosophiæ partem est complexus, quam Cicero in primo de Oratore. teneri disciq; vult ab oratore quàm diligentissimè, his quidem verbis,
,, Sed, si me audierit, quoniam philosophia in tres partes est distributa, in
,, naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores,
,, duo illa relinquamus, idq; largiamur inertię nostræ, tertium verò, quod
,, semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse
possit, relinquemus. Quare hic locus de vita & moribus, totus est oratori perdiscendus: cætera, si non didicerit, tum poterit, si quando volet ornare dicendo, quum erunt ad eum delata & tradita.

Doctum imitatorem) Est enim vt affirmat Aristot. in Poëtica, poëta omnis imitator, ac ποίησις ipsa μίμησις. *Et veras hinc ducere voces*) In membranis omnibus manuscriptis, Viuas hinc ducere voces, legebatur, & proba est vtraque & recta lectio. Atque vt hic veræ voces duci dicuntur, sic quoque à Lucretio elici. scribit enim sic,

,, *Nam veræ voces tum demum pectore ab imo*
,, *Eliciuntur.* — Similiter etiam in Bruto Cic. sed sine epi-
,, theto, Vbi dolor? vbi ardor animi? qui etiam ex infantium ingeniis eli-
,, cere voces & querelas solet. Viuas autẽ voces si legimus, intelligamus
sic exprimi quod ἐνδιάθετον Græci vocant. Atque vt vtrumq; probemus, vti ad eam rem verbis Hermogenis possumus, quibus ille de morata quoque agens oratione, de qua sunt hæc intelligenda omnia, &
,, ἀληθὲς, & ἐνδιάθετον, vtrumq; idem dixit, ἦθος τοίνυν ἐν λόγῳ ποιεῖ ἐπιείκεια,
,, καὶ ἀφέλεια, καὶ πρὸς τούτοις τὸ κατ' αὐτὴν ἐμφαινόμενον ἀληθὲς, καὶ ἐνδιάθετον.

Interdum speciosa iocis, morataque rectè
Fabula nullius veneris, sine pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliusque moratur,
Quàm versus inopes rerum, nugæque canoræ.

Ostendit quanta sit vis decori & moratæ orationis, quantaq; eius vnius partis laus. *Speciosa iocis*) Pleriq; manuscripti libri Locis. Vt loci
,, dicantur, quæ ab Aristot. τὰ μέρη dicuntur, τῇ δὲ λέξει, inquit, δεῖ διαπονεῖν
,, ἐν τοῖς ἀργοῖς μέρεσι καὶ μήτε ἠθικοῖς, μήτε διανοητικοῖς. Et eiusmodi quidem
loci videntur esse illi apud Cice. in Bruto è Curionis oratione. Atque

„ hæc inquã, de incœstu laudata oratio puerilis est locis multis, de amore,
„ de tormentis, de rumore, loci sanè inanes, veruntamen nondum tritis
„ nostrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabiles.

Morataque rectè) Quæ cuique personæ reddit conuenientia. Qua de re & dictum antè, & nunc addam ad illa locum ex Hermogenis scriptis περὶ γοργότητος, qui & superiora illa Horatij verba non parum illustrat,
„ ἠθικὸς δὲ λόγος γένοιτ' ἄν, inquit, εἰ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις οἰκείους,
„ καὶ πρέποντας τοὺς λόγους περιάπτοι τις, οἷον στρατηγοῖς, ἢ ῥήτορσιν, ἢ τοῖς ἰδίως
„ ὀνομασθεῖσιν ἠθικοῖς, οἷον λίχνοις, ἢ φιλαργύροις, ἢ τοῖς τοιούτοις, καὶ μαθησόμεθα
„ ποῖα εἴδη τισὶν ἁρμόττει προσώποις ἐν τῷ περὶ δεινότητος.

Nullius veneris) Quæ minimè iocis lasciuiat, aut vt interpretes Acron & Porphyrio, venustatis & ingenij, quæ ad artem spectant. nam & veneris verbo antè similiter est vsus, & idem in.2.epist.ad Florum, venerem se pro splendore orationis accipere, videtur indicare iisdem penè huius loci vtens verbis. ait enim,

„ *Audebit quæcunque parum splendoris habebunt*
„ *Et sine pondere erunt.* —

Sine pondere) Et idem vt vides, dixit in illo versu, & Fab. Quintil. in
„ .12.de Rhodiorũ genere dicendi, Lenti ergo quidem, inquit, ac remissi
„ non sine pondere tamen. Et idem ante hæc, de Polycleti statuis. Dili-
„ gentia ac decor in Polycleto supra cæteros, cui quanquam à plerisque
„ tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deesse pondus putant.

Valdius oblectat populum) Valdius verbo, vtitur iterum in.1.Epist.ad
„ Claud.Neronem, *Quid possim videt, ac nouit me Valdius ipso.*

Meliusque moratur) Tenet. quæ laus est oratoris maxima.

Nugæque canoræ) Nihil præter inanem illum strepitum continentes. Idem in secunda Epist. ad Florum,

„ *I nunc, & versus tecum meditare canoros.*

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem nullius auaris.

His ille nunc verbis videtur indicare, quorum canoras illas & streperas nugas rerum inanes esset dicat. Romanorum scilicet, qui nulla sunt opera atque industria, sed laboris fugitantissimi. quos tenet atq; impedit auaritia & pecuniæ cupiditas, quæ quorumq; animos peruaserit semel, atque occuparit, præclarissimis literarum studiis ineptos reddit. Græci verò nullius rei minus quàm pecuniæ sunt auari ac cupidi. Id enim vnũ student, vt in quauis excellant arte, quæ sit homine libero digna, idq; quò assequantur, neque labori parcunt, neq; se pecuniæ aut vllius quæstus auiditate teneri ac præpediri sinunt. *Graiis ingenium*) Græcos homines, ait Cicero in.1.de Oratore, non solùm ingenio & doctrina, sed etiam otio, studioq; abundare. *Ore rotundo*) Sic eam virtutem

ac

ac venerem orationis expreſſit, quæ à Græcis & εὐστομία, & στρογγυλότης dicitur. Græci, inquit, quæ volunt aptè & rotundè loquuntur. Sic enim loquitur Cicero lib.4.de finib. & in Bruto rotundam verborum conſtructionem dicit, quæ eſt apta ex ſeſe, totaq́; compoſita, & verbis & ſententiis conformata. Idem in Oratore Thucydidem non ſatis adhuc rotundum dicit, nõ ita numeroſa politaq́; & confecta oratione vtentem.

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere. Dicat
Filius Albini, Si de quincunce remota eſt
Vncia, quid ſuperat? poteras dixiſſe, triens. Oe,
Rem poteris ſeruare tuam. redit Vncia. quid fit?
Semis. ad hæc animos ærugo & cura peculi
Cùm ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo?

Non vt Græci pueri ſtatim à paruulis optimis artibus inſtituuntur. Eſt apud me liber manuſcriptus nunquam antè quòd ſciam editus, isq́; vetus, quem de ratione numerorum, quiſquis fuit ille (nec enim nomẽ edidit ſuum, tantùm ſe Victorij calculum profeſſus explanare) totum ſcripſit. In eo libro verſus omnes hi Horatiani de numeris explicantur. Ego ſcriptoris ipſius verba, non nimis illa quidem polita & culta, ſed quò inſtitutum retineam meum, qualiacunque ſunt illa, adſcribam. Proportio eſt, inquit, duorum quorumlibet numerorum ad ſeinuicem collatio, vt .II. ad .IIII. Proportionalitas verò trium vel etiam plurium, vt .II. III. IIII. nunquamq́; proportio conſtat plus terminis duobus, nec proportionalitas minus tribus. Vnde hoc loco dictum eſt partes aſſis inſignitas eſſe vocabulis iuxta proportionalitatẽ ſuam. Quoniam partes ſingulæ, quæ ad totam ſummã, quę, vt dictum eſt, in .XII. æquas portiones diſtribuitur, cõparatæ denominãtur. ſiquidem .XII. proportionaliter ad .II. ſextuplus, ad .III. quadruplus, ad .IIII. triplus eſt. Ex qua proportionalitate finguntur nomina, vt duæ vnciæ ſextans, tres quadrans, quatuor triens vel treas dicantur. Quod Horatius Flaccus in ſua poëtria exſequens ait,

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere. dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Vncia, quid ſuperat? poteras dixiſſe triens eſt.
Rem poteris ſeruare tuam. redit vncia, quid fit?
Semis. — Quo loco ſumptum eſt argumentum à forma

„ ma generis,dum ad fidem faciendam maledoctos esse Romanos,pue- „ ros introducit filium Albini,innectens figuram quæ dicitur apud Rhe- „ tores pysma. id quæsitum,quoniam duobus quæsitis duplex est respon „ sio. Nam quęrenti quid superat? quid fit? Respondetur, Triens, semis. „ Aliâs cùm interrogationi redditur vna responsio,erothema dicitur ex „ rhetorum edicto. Quandoquidem dialectica interrogatio affirmatio- „ nis aut negationis est petitio, vt, Putásne anima Deus est? Responde- „ tur,aut est,aut non . Quanquam id non conueniat,si quis ita exponat, „ Fúrne esse desisti? vtrumq; enim seu affirmes,seu neges,captus tenebe- „ ris. nisi mauis vti pluribus verbis. Est præterea hic conditionalis syllo- „ gismus ita, Si de quincunce remota vncia poteras dixisse, quid superat, „ id est,supersit,rem poteris seruare tuam. Qui Lyricus nõ vituperat hu- „ iusmodi scientiam philosophis necessariam, sed notat Romanorũ aua- „ ritiam,qui filios suos posthabitis reliquis disciplinis bene nummatos im- „ buunt secularibus curis,vt melius sint docti nummos supputare, quàm „ versum cõponere ætate puerili maximas argumento vires ministrante. „ Ait enim, Ad quincuncem redit vncia,quid fit? respondet puer,Semis, id est, . VI . vnciæ. Hæc scriptor ille omnia. *Longis rationibus*) Pro- lixis & operosis. *Filius Albini*) In quibusdam codicibus Albani,sed prauè. Albinorum Cicer. mentionem facit in Bruto sæpè, & in oratione pro Sestio. *Oe*) Et scriptor cuius verba suprà posui,& manuscripta ex- empla pleraq; non Oe, sed Est . Erat etiam liber qui Eu habebat, fortè de græco τῦ factum. Ipse interiecta tantùm aspiratione eadem vsus est voce in .1. Serm. Sat.5. & post illum Valerius Martialis. Iuuenalis Sat. septima verbum id esse indicans Horatianum, ait,

„ *Satur est, cùm dicit Horatius ohe.*

Ad hæc animos ærugo & cura peculi) Ad hæc ediscenda & consectan- da, vel vt in quodam etiam erat manuscripto,At hæc.vt hęc erugo sit. Aut vt coniectura ducor,An hæc? Eruginem verò pro vitio & morbo animi, qui quò minus recta mens sit & sana,seq; optimis studiis dedat, impedit. Qua translatione quasi quodam prouerbio in.1.Serm. Sat.4. Sic idem vtitur,

„ *— Hic nigræ succus lolliginis,hæc est*
„ *Erugo mera. —* *Peculi*) Sic dictum,vt à Virgilio in Tityr.
„ *— Nec cura peculi.* *Posse linenda cedro*) Ouid.1.de tristib.
„ *Nec titulus minio,nec cedro charta notetur.*

Et in prima Satyra Persius,

„ *— An erit, qui velle recuset*
„ *Os populi meruisse,& cedro digna locutus*
„ *Linquere,nec scombros metuentia carmina, nec thus?*

Leui seruanda cupresso) Qua libri tegebantur. Leui autem,quia fron-

tes

tes librorum atque ipſa inuolucra pumice poliebantur.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ:
Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, eſto breuis: vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.

Perſequitur Horatius propoſitũ, & quæ iuuare aut formare poëtam poſſint, præcepta tradit. Aut, inquit, mores poëta bonos faciet, proderitq; Reipub. aut delectabit, aut vtrumq; delectans proderit. Sed idem cùm intelligeret, quanta inter ſummos viros eſſet de ea re diſſenſio, vtilitatémne Reipub. an delectationem duntaxat animis hominum afferret Poëtica, nihil auſus eſt ipſe ſtatuere. Vtrumq; verò præſtare Poëticam, cùm Plutarchus ac multi alij, tum verò maximè cõtra Eratoſthenem diſſerens Strabo in primo plurimis verbis affirmat. Ciceronis quæ fuerit ea de re ſententia, ipſe his verbis in primo de Legibus oſtendit,
„ Q. Intelligo te frater alias in hiſtoria leges obſeruandas putare, alias
„ in poëmate. M. Quippe cùm in illa ad veritatem Quinte referantur, in
„ hac ad delectationem pleraq;: quanquam & apud Herodotum patrem
„ hyſtoriæ & apud Theopompum ſunt innumerabiles fabulæ. Seruius Maurus in .6. Æneid. verſum Virgil. explanans illum,

„ *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.*

„ Sanè, inquit, animaduertendum, quod ait Horat. in arte poëtica,

„ *Et ſimul & iocunda & idonea dicere vitæ.*

„ Nullam enim maiores noſtri artem eſſe voluerunt, quæ non aliquid
„ Reipub. cõmodaret. Vnde Virgil. hoc per tranſitum facit. Nam dicendo
„ puniri patriæ venditores, contrà præmia defenſoribus ſolui, nihil aliud
„ niſi fugienda vitia, & ſectandas docet eſſe virtutes. In antiqua membrana, in qua ſcripti Seruij commentarij fuerant, Et particula in Horatiani carminis principio legebatur, vt in impreſſis quoque. quò fit, vt ſuſpicer & priorem verſum ſic ſcriptum fuiſſe,

„ *Et prodeſſe volunt, & delectare poëtæ.*

Quod ſi ita eſt, cenſuit Horatius omnino poëticam & prodeſſe ſimul & delectare, addiditq; hoc alterum, Et ſimul & iocunda, & cætera, illa ipſa magis magisq; explanans & confirmans. *Delectare*) Ab Ariſtotele id dicitur in Poëtica εὐφραίνειν, à Plutarcho τέρπειν. *Quicquid præcipies eſto breuis*) Vel ſibi ipſe eam dicit legem, qui mira quadam breuitate in his ipſis vtitur præceptis, vel poëtas quoque quid facere oporteat, tradit. nam & poëtæ cùm morum, tum rerum aliarum præcepta carminibus dedére. *Vt citò dicta*) Sit hoc quod à Grammaticis ὑφέν dicitur, vox è duabus vna. Sic apud Græcos quoque cum ταχὺ voce aliæ quæ-

quædam compositæ idem omnino valent, ταχυπείθης βουλὴ apud No-nium poëtam. Aristot. in Poëtica de longitudine agens fabulæ, eam esse oportere ait, εὐμνημόνευτον. *Pleno de pectore manat*) Effluit, labiturq́ de pectore. Plenum enim pectus cùm sit, quod infundis insuper, respuit: precepta verò sic ad pectus hoc loco refert, vt in epistola quoque ad Augustum illis verbis de poetę officio & laudibus agens,

„ *Mox etiam pectus præceptis format amicis.*

Ficta voluptatis causa, sint proxima veris.
Nec quodcunque volet, poscat sibi fabula credi:
Nec pransæ Lamiæ viuum puerum extrahat aluo.
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis.
Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes.
Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.
Lectorem delectando, pariterq́; monendo.
Hic meret æra liber Sosiis, hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat æuum.

De rerum ipsarum probabilitate, quas tractat poëta, & ipse antea quædam dixit, & ego quos ex Aristot. Poëtica necessarios locos duxi, tum protuli. Sed cùm id esset magni momenti præceptũ, repetendum duxit hoc loco. *Voluptatis caussa*) τῆς ἡδονῆς, quam & comœdiæ & tragœdiæ propriam vult esse Aristotel. ac suam. *Sint proxima veris*) Sint eiusmodi poëtæ, qui de se ipsis verè illud possint Hesiodium dicere è Thegonia,

„ ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

M. Tullius probabilitatis rationem imprimis Homerum habuisse declarat in .5. de Finib. vbi postquam Homeri versus aliquot de Sirenibus à
„ se versos posuit, sic deinde scribit, Vidit Homerus probari fabulam non
„ posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur. *Quodcunque volet*) In manuscriptis, Velit. *Centuriæ seniorum*) Numerabantur enim Romę ætates duæ seniorum & iuniorum. Nisi si fit à re bellica translatio: sunt enim hæc castrensia etiam verba, quòd in legionibus seniores & iuniores erant, & in auxiliis sagittarij seniores & iuniores, & cornuti seniores & iuniores. quod probabilius fit propter Centuriæ verbum ipsum quoque militare & castrense. *Expertia frugis*) Quæ Græcè φαῦλα καὶ μοχθηρά dicũtur. *Celsi prætereũt*) Celsi dici videtur quos idem sublimes dixit antè, quũ de iuuenis moribus dissereret. est hic verò supbi & fastosi hominis habitus. Ælius Donat. illa Terentij verba explanãs, quæ sunt in Phorm. Scena. 2. Act. 2. Tene asymbolum venire, Ennij verba quædam profert, in quibus modo prorsus eodẽ Ennius Celsi verbo videtur

vti

„ vti, qui eſt huiuſmodi, Quippe ſine cura, lætus, lautus cum aduenis, in-
„ fertis malis, & expedito brachio, alacer, celſus, lupino impetu, expectās
„ mox dum alterius obligurias bona. Alij celſos dici putant, quòd in ſubſelliis altioribus ſpectantes ſederent. *Auſtera poëmata)* Quę tantummodo ſunt vtilia & medicinam faciunt, verùm dulcia non ſunt. Quo de genere orationis agens Dionyſ. Halicarnaſ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων nihil in ea eſſe affirmat θεατρικὸν, plauſibile videlicet, ac populo gratum, cuius περὶ αὐστηρᾶς ἁρμονίας verba de multis hæc pauca poſui, εἰ δέ ποτε αὐ-
„ τομάτως ἐπὶ τοῦτο κατενεχθείη, τὸ ἀνεπιτήδευτον ἐμφαίνειν ἐθέλει, καὶ ἀφελές,
„ οὔτε προσθήκαις τισὶν ὀνομάτων, ἵνα ὁ κύκλος ἐκπληρωθῇ, μηδὲν ὠφελούσαις
„ τὸν νοῦν χρωμένη, οὐδ᾽ ὅπως αἱ βάσεις αὐτῶν γένοιντο θεατρικαὶ ἢ γλαφυραὶ, σπου-
„ δὴν ἔχουσα, οὐδ᾽ ἵνα τῷ πνεύματι τοῦ λέγοντος ὦσιν αὐτάρκεις συμμετρούμεναι μὰ
„ δία, οὐδὲ ἄλλην τινὰ πραγματείαν τοιαύτην ἐπιτηδεύει, οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμο-
„ νίας, κατὰ ταύτας δὲ πτώσεις, ποικίλη περὶ τοὺς σχηματισμοὺς, ὀλιγοσύνδεσμος,
„ ἄναρθρος, ἐν πολλοῖς ὑποκριτικὴ τῆς ἀκολουθίας, ἥκιστα ἀνθηρὰ, μεγαλόφρων,
„ αὐτέκαστος, ἀκόμψευτος τὸν ἀρχαϊσμὸν καὶ τὸ πίνον ἔχουσα κάλλος. Deinde
„ poſtquam eius generis verſus Pindaricos poſuit, hæc ſubiungit, ταῦθ᾽
„ ὅτι μὲν ἐστὶν ἰσχυρὰ, καὶ στιβαρὰ, καὶ ἀξιωματικὰ, καὶ πολὺ τὸ αὐστηρὸν ἔχει. τραχύνει
„ τε ἀλύπως, καὶ πικραίνει τὰς ἀκοὰς ἀμετρίως, ἀνακέκληταί τε τοῖς χρόνοις καὶ δια-
„ βέβηκεν ἐπὶ τὸ πολὺ ταῖς ἁρμονίαις, καὶ οὔτε θεατρικὸν δὴ τοῦτο καὶ γλαφυρὸν ἐπι-
„ δείκνυται κάλλος, ἀλλὰ τὸ ἀρχαϊκὸν ἐκεῖνο, καὶ τὸ αὐστηρὸν, ἅπαντες ἂν οἶδ᾽ ὅτι
„ μαρτυρήσειαν οἱ μετρίως αἴσθησιν ἔχοντες περὶ λόγους. *Omne tulit punctum)* Apertior nunc Flacci ſententia, indicantque hęc eius verba legendum ſic eſſe verſum illum, vt ſuſpicabar, Et prodeſſe volūt, & delectare poëtæ.
„ Punctum verò ferre, tranſlatum id eſt à ſuffragiis. idem enim alibi,

„ *Suffragiorum puncta non tulit decem.*

„ Et M. Tullius pro Murena, Etſi hoc factum omnino Iudices nō eſt, ab
„ eius amicis autem more & modo factum eſt: tamen admonitus re ipſa
„ recordor, quantū hę quæſtiones in ſenatu habitę punctorū nobis Serui
„ detraxerint. Ita verò ferre punctum aliquis dicebatur, vt tribum quoque ferre. quo modo Cicero in primo Epiſtolar. ad Atticū loquitur. Idem
„ in. 2. Tuſcu. Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum
„ loquar? quę flamma eſt per quam nō cucurrerint hi, qui hęc olim punctis ſingulis colligebant? Neque nūc Iouiani Pontani verba prætermittā, in quibus hoc quaſi prouerbio quodā Horatiano eruditiſſimus vir vtitur. Sic enim apud illū in Actio Pudericus loquitur, Quamobrē redeat
„ iam Pardus ad inſomnia, quo Horatianū illud punctum, dum iocis mi-
„ ſcemus ſeria, è dictionibus his noſtris, ab iis qui audiendi nobiſcum hic
„ gratia conſederint, referamus. *Hic meret æra liber Soſiis)* Soſiorum, vt opinor, librariorū idem meminit in. 1. Epiſt. ad librum ſuum,

„ *Vertumnum, Ianumque liber ſpectare videris,*
„ *Scilicet vt proſtes Soſiorum pumice mundus.*

Et mare tranſit) In populi Romani prouincias mittitur tranſmarinas,

in quibus sit vsus Latinæ linguæ. Simillimũ huic illud apud Theognidẽ,

„ Σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
„ Πωτήσῃ, κατὰ γῆν πᾶσαν ἀειρόμενος
„ ῥηϊδίως, θοίναις δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ
„ ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι.
„ Καί σε σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες
„ ἐν κόσμῳ ἐρατοὶ καλά τε, καὶ λιγέα
„ Ἄσονται, καὶ ὅταν δνοφεροῖς ἐπὶ κεύθμασι γαίης
„ Βῇς, πολυκωκύτους εἰς ἀΐδαο δόμους,
„ Οὐδέποτ' οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, οὐδέ γε λήσεις,
„ Ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα.
„ Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος, ἠδ' ἀνὰ νήσους
„ ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
„ Οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος, ἀλλά σε πέμψει
„ Ἀγλαὰ μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.
„ Πᾶσι γὰρ, οἷσι μέμηλε, καὶ ἐσσομένοισι ἀοιδὴ,
„ ἔσσῃ ὅμως, ὄφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἠέλιος.

Mare tamẽ transire apud Ciceronem ferè est in Græciam transmittere.
„ Quid enim, inquit, in Oratore possem? cùm abfuissem adolescens, &
„ horum studiorum caussa mare transissem? Et in .8. Epist. ad Atticum,
„ Nec verò hęc extrema quisquam potest iure reprehendere, quòd mare
„ non transierim. Et in .9. Pompeius mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. Noto) Fama nominis.

Sunt delicta tamen, quibus ignouisse velimus.
Nam neq; chorda sonum reddit quẽ vult manus, & mens:
Poscentique grauem persæpe remittit acutum:
Nec semper feriet, quodcunque minabitur arcus.
Verùm vbi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura. quid ergo?
Vt scriptor si peccat idem librarius vsque,
Quamuis est monitus, venia caret: & citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Sic

Sic mihi qui multum cessat, fit Cherilus ille,
Quem bis, ter'que bonum cum risu miror, & idem
Indignor. quandoq́ue bonus dormitat Homerus.
Verùm opere in longo fas est obrepere somnum.

Ego verò, inquit, etsi edico vt & delectent, & prosint poetæ, & eorum summam in scribendo diligentiam requiro, idem tamen dari veniam oportere censeo poëtis, si quando vel humanitus, vel incuria labuntur, & peccant leuiter: obscurantur enim minora & rara vitia, plurimis maioribusq́ue virtutibus. *Sunt delicta)* ἁμαρτήματα vel πλημμελήματα. sunt itaque, inquit, delicta quædam leuiora, quorum nonnulla cõnumerans Aristot. in Poet. scribit,
„ δεῖ γὰρ εἰ ἐνδέχεται ὅλως μηδαμῆ ἡμαρτῆσθαι. ἔτι ποτέρων ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα, τῶν κατὰ τὴν τέχνην, ἢ κατ᾽ ἄλλο συμβεβηκός.
„ ἔλαττον γάρ, εἰ μὴ ᾔδει, ὅτι ἔλαφος θήλεια κέρατα οὐκ ἔχει, ἢ κακομιμήτως ἔγραψε.

& quæ sequuntur. *Nam neque chorda sonum reddit)* Similitudine id probat, dignos esse venia nonnunquam poëtas, sicubi non fœdissimè cessarint. Musicis enim non respondent semper ad tactum fides ex eorum animi sententia, & peccant non tam inscitia, quàm vitio chordarum. Sonum verò reddere chordæ dicuntur, sic vt à Cicerone eædẽ intentæ respondent ad tactum. Loquitur eodem modo Fab. Quintil. in. 11. Nam
„ vt tibiæ, inquit, eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatæ, alium quassæ sonum reddunt. Et in
„ primo spiritum reddere, Sic appellatur, inquit, cantus tibiarũ, quæ præclusis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt. par huic Grçcum ἀποδίδοσθαι, quo verbo Clemens vtitur Alexand. in posteriore pædagogi libro, ἐν ἠχοῦντι τῷ δέρματι: ἐν χορδαῖς
„ καὶ ὀργάνῳ αἰνεῖται αὐτόν, ὄργανον τὸ σῶμα λέγει τὸ ἡμέτερον, καὶ χορδὰς τὰ νεῦρα αὐτοῦ, δι᾽ ὧν ἐναρμόνιον εἴληφε τὴν τάσιν καὶ κρουόμενον τῷ πνεύματι τοὺς φθόγγους ἀποδίδοσι τοὺς ἀνθρωπίνους. *Nec semper feriet quodcunq; minabitur arcus)* Erat in manuscriptis, Quæcunque minabitur. quo sanè modo idem loquitur in. 1. Epist. ad Cels. Albinouanum,

„ *Si quæret quid agam, dic multa & pulcra minantem,*
„ *Viuere, nec rectè, nec suauiter.* —

Et in secundo Serm. Sat. 3. totidem penè verbis,

„ *Atqui vultus erat multa & præclara minantis.*

Probus Grammaticus in institutis artium, sic vt est impressus, versum
„ hunc adducit, Tempore futuro, inquit Probus, prima & secunda coniugatio persona prima numero singulari penultimam longam habet, vt amabor & docebor. Secunda & tertia breuem, vt Hor. in arte poëtica,

„ *Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus.*

Atque idem Horat. in primo Carminum similiter,

„ — *Sic quodcunque minabitur arcus,*

Aut incuria) Ipſa nō curantia. *Quid ergo*) In manuſcriptis, q̄d ergo eſt? *Quamuis eſt monitus*) In manuſcriptis, Sit monitus.

Chorda qui ſemper oberrat eadē) vel in ea ferienda & pulſanda moratur, vel errat, impingit, fallit. quo verbo Perſius ter vſus eſt, pro eo q̄d eſt vagari & obire, in . 4 . 5 . & . 6 . Satyris. *Qui multum ceſſat*) Ordo in manuſcriptis ſummutatus, Qui ceſſat multum. *Cherilus ille*) Malus poëta, cuius iterum in epiſt. ad Auguſt. idem mentionem facit: & Ariſt. in . 3 . Rhetor. & . 8 . Topicor. Eum interpres Græcus Rhetoricorum librorū Ariſt. tragicum fuiſſe poëtam ſcribit. Quod Cherili nomen duobus modis ſcriptum græcè reperio, χοιρίλλος, & χοιρίλος, latinè verò ſi ſcribitur, prima ſyllaba diphthongo conſtare poſſit. ac ſi illo modo ſcribendum ſit, alteram de geminis literis Horatius ſuſtulit. In manuſcriptis quibuſdam, Cherulus. *Quandoque bonus dormitat Homerus*) Petrus Victorius in iis caſtigationibus quas in rei ruſticæ ſcriptores edidit, huius loci verbum, Quandoq;, idem eſſe ait quod illud alterū, quandocunq;, Horatiumq; id ſignificare, indignari ſe ac moleſtè ferre, quotieſcunque dormitat Homerus. idq; Gabrielem quendam Triphonem eruditum hominem ſenſiſſe. Quod etſi me minimè fugit, alibi quoque eundem Flaccum quandoque ſic accipere, vt in . 4 . Carm. Ode . 1.

„ *Et quandoque potentior*
„ *Largis muneribus riſerit æmuli,*
„ *Albanos prope te lacus*
„ *Ponet marmoream ſub trabe Cypria.*

Et Ode ad Antonium,

„ *Concines maiore poëta plectro*
„ *Cæſarem, quandoque trahet feroces*
„ *Per ſacrum cliuum merita decorus*
„ *Fronde Sicambros,*

tamen non videntur hæc ſatis conuenire cum iis quæ de danda poëtis venia ſuprà poſuit. multò enim id eſſe planius aptiusq; videtur ſe Cherilum paucis aliquot locis meliorē ridere, & indignari, quòd etiam non illic obdormiérit ſecurus: Homerū autem nonnunq̄ errare ſic vt venia dignus eſſe videarut. Nam ſi ſummus poëta nonnunq̄ dormitat, quid facient ij, qui tam longè ab illo abſunt, tamq; facilè vincuntur? Quintilianus in . 10 . huius loci verbum, Quandoque, interim & aliquando interpretari videtur, in hanc, vt quidem puto, ſententiam magis. Neq; id
„ ſtatim legenti, inquit, perſuaſum ſit, omnia quæ magni auctores dixe-
„ rint, vtique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt,
„ & indulgent ingeniorum ſuorū voluptati: nec ſemper intendunt ani-

mum

„ mum, & nonnunquam fatigantur. quum Ciceroni dormitare interim
„ Demosthenes, Horatio etiã Homerus ipse videatur. Cessare verò non-
nunquam Homerum idem in .1. Serm. Sat. 10. his verbis indicat,

„ *— Age quæso*
„ *Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?*

Quod autem indignari se simul & ridere dixit, quum Cherilus pulcrum aliquid & laudabile rarumq́ posuit, mirari nemo debet, res illum cõtrarias ita coniunxisse, vt Cicero quoque in primo de Oratore, Potes o-
„ ratores putare eos, quos multas horas expectauit, cùm in campũ pro-
„ perauit & ridens & stomachans Sceuola? *Verùm opere in longo*) Dormitat, inquit, sed nõ sæpe in longissimo poemate. In manuscriptis vt in impressis quoq́, duobus modis, & hoc videlicet modo, & illo altero, Verum operi longo. Opus verò longũ id vocat, quod in septimo epistolar. Plinius ad Fuscum, carmẽ continuum & longũ, Fas est inquit
„ & carmine remitti, non dico continuo & longo (id enim perfici nisi in
„ otio non potest) sed hoc arguto & breui, quod aptè quantaslibet occu-
„ pationes, curasq́ distinguit. Lusus vocantur. &c. Idem fortè carmẽ perpetuum Horatius quod Plinius continuum dixit. Est enim apud illum in primo Carminum Ode septima,

„ *Sunt quibus vnum opus est intactæ Palladis vrbem*
„ *Carmine perpetuo celebrare. —* Ipse pòst,
„ *— Ludusq́ repertus*
„ *Et longorum operum finis. —*

Eam nos ab Aristotele μακρὰν σύστασιν appellari diximus.

Fas est obrepere somnum) Loquitur eodem modo Plinius in .7. epist.
„ ad Pontium, Dein, inquit, cùm meridie (erat enim æstas) dormiturus
„ me recepissem, nec obreperet somnus.

Vt pictura poësis erit: quæ si propius stes,
Te capiet magis, & quædam si longius abstes.
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit.

Sunt, inquit, in poëmate ijdem gradus qui in pictura, & vtriusque rei par est ratio. In pictura prestantissimum censetur id opus, quod media in luce placet, ac decies identidemq́ ab auidissimis spectatoribus repetitur. Elaboret ergo poeta, vt eiusmodi opus illud suum existat, auideq́ & sine fine legatur ab omnibus. Sed quod antè dicturum me sum pollicitus de Picturæ Poeticæq́ similitudine & coniunctione, faciam hoc certè loco. Aristoteles quidem sępe vtriusque artem, & facultates inter

se confert in Poetica in illo loco, αἱ γὰρ τῶν νέων τῶν πλείστων ἀήθεις τραγῳδίαι εἰσὶ καὶ ὅλως ποιηταὶ πολλοὶ τοιοῦτοι. οἷον καὶ τῶν γραφέων Ζεῦξις πρὸς Πολύγνωτον πέπονθεν, ὁ μὲν γὰρ Πολύγνωτος ἀγαθὸς ἠθογράφος. ἡ δὲ Ζεύξιδος γραφὴ οὐδὲν ἔχει ἦθος. Deinde pòst, ἀρχὴ μὲν οὖν καὶ οἷον ψυχὴ ὁ μῦθος τῆς τραγῳδίας, δεύτερον δὲ τὰ ἤθη. παραπλήσιον γάρ ἐστι καὶ ἐπὶ τῆς γραφικῆς. εἰ γάρ τις ἐναλείψειε τοῖς καλλίστοις φαρμάκοις χύδην, οὐκ ἂν ὁμοίως εὐφράνειεν, καὶ λευκογραφήσας εἰκόνα. Ac postremò illo loco, ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσι.

Idem Horat. in Epist. ad August.

Nec magis expreßi vultus, per ahenea signa,
Quàm per vatis opus mores, animiq́ virorum
Clarorum apparent. —

Cui penè par eademq́ Plutarchi sententia, εἰ δὲ καὶ ζωγραφίας, inquit, διδάσκαλον Ὅμηρον φαίη τις, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι, καὶ γὰρ εἶπέ τις τῶν σοφῶν, ὅτι ἐστὶν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλοῦσα, ἡ δὲ ζωγραφία ποιητικὴ σιωπῶσα. *Te capiet magis)* In manuscriptis, vt in impressis quibusdã, capiat, potẽtiali, vt grammatici loquuntur, modo. *Iudicis argutum quæ non formidet acumen)* Argutum & acumen simul illa iunxit, quæ tamen eadem videntur. Qua de re dixi, vt opinor, satis in commentaris in libellum M. Tullij De opt. gen. Orat. illa eius verba explanans de sententiarum genere, Sunt enim docendi, acutæ: delectandi quasi argutæ. Habet aũt Argutum in se plus elegantiæ & venustatis, q̃ Acutum ipsum, quod dicitur. *Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit)* δὶς, aiunt Græci, καὶ τρὶς τὰ καλά. Hæc, inquit, semel tantùm, hæc verò altera sæpius repetita placet.

O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor, certis medium & tolerabile rebus
Rectè concedi, Consultus iuris & actor
Caussarum mediocris, abest virtute diserti
Messalæ, nescit quantum Casellius Aulus:
Sed tamen in pretio est. mediocribus esse poëtis
Non di, non homines, non concessere columnæ.

In picturis, inquit, & iuris ciuilis scientia, siue in eloquentiæ studiis ferrĩ possit mediocritas & laudari. Tu verò Piso natu maxime sic habeto, nõ nisi egregium atque omnibus numeris absulutum poëtam, aut poëtam haberi, aut tolerari posse. alioqui enim relinquendũ illi omnino poëtæ nomẽ. *O maior iuuenum)* Eodem modo in. 4. Carm. Ode. 14. loquitur,

Maior

Maior Neronum mox graue prælium Commiſit. —

Et per te ſæpis) Similiter in 1.Epiſt.ad Sæuam,

Quamuis Sæua ſatis per te tibi conſulis. —

Tolle memor) Hanc tu vocem arripe in poſterum memor ac ſeruans animo. Hoc ipſo penè modo Cicero in.2.epiſt.ad Q.Frat. tollendi verbo vtitur, Non me Herculè quiſquã, inquit, μουσοπάτακτος libentius ſua recentia poëmata legit, quàm ego te audio quacunque de re, publica, priuata, ruſtica, vrbana, ſed mea factum eſt inſulſa verecundia, vt te proficiſcens non tollerem. *Et tolerabile)* Vt Orator tolerabilis ſit, quales multos fuiſſe narrat in Bruto Cicero. Tolerabilia Græcè dicit Ariſtot. ἀνεκτά. *Et actor Cauſſarum mediocris)* Mediocres oratores multi apud Ciceronem in Bruto. *Meſſalæ)* Hic ille eſt Tibulli patronus & fautor.

Caſellius Aulus) Hic eſt ille Caſellius Iureconſ. cuius iocos & Quintil. in.6.de riſu, & Macrob.in.2.Saturn.cap.6.cõmemorant. In manuſcripto, Nec ſcit quantum Caſellius Aulus. & nomen ipſum Caſellius ſic ſcriptum legebatur, Caſcellius. Itaque in vtroque genere, in pictoribus & oratoribus locum habeat mediocritas, in poetis nequaquam. Fecit autẽ Flaccus idem prorſus, quod M.Tullius in lib. De opt. genere Orat. qui pictores quoque, & oratores facultatibus & gradu differre dixit, & vtrunque ſimul poſuit. Qui locus, quoniam eſt huic aptiſſimus, adſcribendus omnino fuit, Ea igitur omnia, in quo ſumma, erit orator perfectiſſimus: in quo media, mediocris: in quo minima, deterrimus. Et appellabuntur omnes oratores, vt pictores appellantur, etiam mali, nec generibus inter ſeſe, ſed facultatibus different. Itaque nemo eſt orator, qui ſe Demoſthenis ſimilem eſſe nolit, at Menander Homeri noluit. genus enim erat aliud. id non eſt in oratoribus. aut etiam ſi eſt, vt alius grauitatem ſequens, ſubtilitetem fugiat, contrà alius acutiorem ſe, quàm ornatiorem velit, etiam ſi eſt in genere tolerabili certè non eſt in optimo. *Mediocribus eſſe poetis Non dij, non homines)* Ariſto. in Poetica paulò hoc ipſum parcius, ſed tamen ſatis amplè ad poetæ dignitatem atque excellentiam, μάλιστα μὲν οὖν, inquit, ἅπαντα δεῖ πειρᾶσθαι ἔχειν, εἰ δὲ μὴ, τὰ μέγιστα καὶ πλεῖστα, ἄλλως τε καὶ ὡς νῦν συκοφαντοῦσιν τοὺς ποιητάς. Cic. quoque in.1.de Oratore, in poeticis rebus, ipſiſque actionibus exquiſita vult eſſe omnia. Itaque in iis artibus, inquit, in quibus non vtilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædã oblectatio, quàm diligenter, & quàm propè faſtidioſè iudicamus? Nullæ enim lites, neque controuerſiæ ſunt, quæ cogãt homines, ſicut in foro nõ bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Iouianus Pontanus in Actio ſentire videtur, velle Ariſtot. quoque mediocres eſſe poetas, & laudabiles, Eſt tamen hæc ipſa res, inquit, maioris otij, curæque vigilantioris, diſſerere de poeticæ excellentia, quo vtar autem hoc verbo, ſenis noſtri auctoritas efficit, quem finientem ſæpius audiui, poetæ ſiue officium ſiue finem eſſe, dicere appoſitè ad admirationem. Quòd niſi tanta illa moueret Ariſtotelis me

maiestas, vel ausim abdicare à mediocritate poëtam, quæ tamen in hoc ipso alio quodam modo & requirenda est, & laudanda. Sed ipse Pontanus in eodem dialogo pòst accuratius de poetæ ac oratoris facultate disputãs, hæc quoq; Flacci verba interpretãs, ait, Principio, inquit, quod Cicero ait, finitimũ esse oratori poetam : duo, vt mihi quidem videtur, cur in eam sententiam venerit, omnino illum mouere, & quòd vterque versatur in dicendo , & quòd vtriusque communes sunt laudationes, quod demonstratiuum genus dicitur, tametsi & deliberationes quoq; : apud poëtas enim tot deorum concilia, consultationésque, nónne hoc nobis palàm faciunt? Habent igitur tum laudationes, tum deliberationes inter se communes, bene item & consummatè dicere, suo vterque in genere dicendi, cùm alter solutus incedat atq; promissus, alter astrictus numeris , ac pedibus certa lege coërcitis . Quin verba quoque & ipsa sunt inter eos communia . Verùm alterius digna foro ac senatu, quæq; grauitatem satis est, vti sequantur, retineantq; dignitatem : alterius, quę magnificentiã, altitudinẽ, excellentiamq; quasi quandam ostentent . Neque enim grauitas comparandæ admirationi satis est sola , ni magnificentia accesserit, excellentiaq; & verborum & rerum: vtq; ego arbitror, hoc illud est, quod ait Horat.

— Mediocribus esse poëtis
Non homines, non dij, non concessere columnæ.

Cùm oporteat eos suo in genere excellere, neq; aliter digni eo nomine videantur. Hoc est etiam & illud quod à Cicerone dicitur, Singulis vix seculis bonum poëtam inuentum. Perrara namq; omnis est excellentia, quodq; oratori satis est benedicere, atq; appositè, id oportet in poeta fit vt excellenter. Ipse verò verborũ situs Horatianorũ talis in plerisq; manuscriptis, qualem Pontanus ipse posuit . Non modò ergo non vitiosos esse poetas oportet , sed ne mediocres quidem . Mediocres poetas, ait in dialogo Tacitus, nemo nouit, bonos pauci. Hęc verò dicendi ratio, Nõ concessum poetis esse mediocribus, à Grammaticis annotata similis illius est, qua Martialis vtitur,

Nobis non licet esse tam disertis.

Vt gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum vnguentum, & Sardo cum melle papauer
Offendunt : poterat duci quia cœna sine istis:
Sic animis natum, inuentúmque poëma iuuandis,
Si paulùm summo discessit, vergit ad imum.

In poëtæ carmine, nihil quemquam vt offendat volo, sed ita limatè politum atq; omni ratione perfectũ esto, vt in eo ne minimi quidem erroris mica cernatur . Nullum est enim vitium conspectius & insignius, q̃

quod-

quoduis in carmine, quod vno alteróue se loco rectè nõ habet, cætera fit præstantissimũ: vt in apparatissimo & lautissimo conuiuio, quò sunt illa quæ cõuiuas offendunt pauciora & rariora, eò feruntur minus, peritq; totius conuiuij lautitia atque elegantia, si neque musicorum ars & facultas conuiuarum aures suauiter delinit ac mulcet, & odor vnctorũ grauior nares offendit, & in sapidissimis conditissimisq; cibis subamarum aliquid quod offendat palatum, admiscetur. At idem antè delicta quædam dixit esse ignoscenda. Verum id quidem, sed ea venia non à vulgo, sed à doctis hominibus expectanda. Vulgus enim, Poëtæ, vt ait Cicero, non ignoscit. Aut ita interpretemur; si rigidos nos poëmatis alicuius censores præbere velimus, ne minima quidẽ vitia ferenda esse, adeò periculosè plenum opus hoc est aleæ.

Symphonia discors) Ad hunc sanè locum pertinent illæ quas in. 3. de Orat. Cicero commemorat, epularum solemnium fides, ac tibiæ, Saliorumq; versus. & Horat. illa in. 1. Carm. ad Barbiton suam,

" *O decus Phœbi, & dapibus supremi*
" *Grata testudo Iouis.* —

Et crassum vnguentum) Putidum vel surdum, & vt ait in. 13. Plin. quod minus nares feriat. Itaq; Crassum vnguentum, & ab Horatio, & à Plinio sic dicitur, vt ab A. Persio Crassum amomum, (genus id quoq; vnguenti est) eandem ob caussam dicitur. eius enim versus hi sunt, Sat. 3.

" *Compositus lecto, crassisq; lutatus amomis*
" *In portam rigidos calces extendit.* —

Vncti verò discumbebant olim conuiuæ. Idem pòst,

Si verò est vnctum, &c. quanq̃ vnctum illic alij aliter accipiũt.

Et sardo cum melle papauer) Amarum mel & insuaue sardoum. Vergil.

" *Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis.*

Papauer autem adhibitũ in conuiuiis fortè ad inducendam obliuionem & conciliandum somnum benè acceptis atq; epulatis hominibus. Apud Ouid. in. 4. Fast. Ceres cum lacte Triptolemo papauer bibendũ dedit,

" *Mox epulas ponunt lequefacta coagula lacte,*
" *Pomaq; & in ceris aurea mala suis,*
" *Abstinet alma Ceres, somniq; papauera causam*
" *Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.*

Plinius in. 16. cap. 8. Candidi papaueris semen tostum cum melle veteres in secundis mensis esse solitos scribit. Sunt enim hæc eius verba.
" Papaueris satiui tria genera, candidum, cuius semen tostum in secunda
" mensa cum melle apud antiquos dabatur.

Poterat duci quia cœna sine istis) Potuit cœna protrahi etiã si hæc adhibita non fuissent. Cœna ducitur, vt à Cæsare bellum quoque duci dicitur. *Inuentumque poëma iuuandis)* Poësis enim tum docet, tum delectat:

„ docendo,id Ariſtot.his verbis in Poëtica, καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μι-
„ μήσεως, τὰς πρώτας,καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας. *Si paulùm ſummo diſ-*
ceſſit) Quoduis minimũ peccatum,eſt in poeta maximum: nec ignoſcit
„ poetę vulgus. Verùm,vt in verſu(inquit in.3.de Orat.Cice.) ſi eſt pec-
„ catũ,videt: ſic ſi quid in noſtra oratione claudicat, ſentit: ſed poëtæ nõ
„ ignoſcit,nobis cõcedit. Erat in manuſcriptis non Diſceſſit,ſed Deceſſit.

Ludere qui neſcit,campeſtribus abſtinet armis,
Indoctusque pilæ,diſcive,trochive quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.
Qui neſcit,verſus tamen audet fingere. quid ni?
Liber & ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem
Summam nummorum,vitioque remotus ab omni.

Quam quiſq; norit artem,vt veteri prouerbio dicitur,in ea ſe exerceat. id cùm in cæteris artib.fiat,in hac faciendi verſus mirum quàm ſibi nemo temperat: cùm tamen in cæteris mediocritas ferri poſſit,in hac nõ poſſit. Idem hoc ipſum aliarum quoq; artium exemplis vtens in Epiſtola ad Auguſtum ſic,

„ *Mutauit mentem populus leuis,& calet vno*
„ *Scribendi ſtudio: pueri, patresque ſeueri*
„ *Fronde comas vincti cœnant,& carmina dictant.*
„ *Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus,*
„ *Inuenior Parthis mendacior, & prius orto*
„ *Sole,vigil calamum,& chartas,& ſcrinia poſco.*
„ *Nauem agere ignarus nauis timet,abrotanum ægro*
„ *Non audet,niſi qui didicit,dare. quod medicorum eſt,*
„ *Promittunt medici, tractant fabrilia fabri:*
„ *Scribimus indocti,doctique poëmata paſſim.*

Hanc ipſam quoque ſcribendi libidinem Iuuenalis exagitans in diuitibus, Satyr.7. ſic ſcribit,

„ — *Laqueo tenet ambitioſi*
„ *Conſuetudo mali, tenet inſanabile multos*
„ *Scribendi cacoëthes,& ægro in corde ſeneſcit.*

Ludere qui neſcit) Ludus cõmune verbum,nonnunquam etiam propriè armorum dicitur. idem alibi,

„ *Ludus enim genuit trepidum certamen,& iras.*

Campeſtrib.abſtinet armis) Ipſe in.1.epiſ.ad Loll.prælia vocat campeſtria,

Scis

— *Scis quo clamore coronæ*
Prælia sustineas campestria. — Quo de genere armorum sunt exercitationes illæ iuuenum apud Virgil. in .7. Æneid.

Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantque in puluere currus,
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuque ictuque lacessunt.

Indoctusq; pilæ, discive, trochive) Quorum ars omnium tradebatur. Ouidius in .2. De tristib.

Ecce canit formas alius, iactusque pilarum,
Hic artem nandi præcipit, ille trochi.

Idem Ouid. in carmine ad Pisonem de pilæ ludo,

Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non sperato fugientem reddere gestu.

Idem in .10. Metam. disci certamen artemq; demonstrat, vbi cum Hyacintho puero fingitur Apollo ludere,

Corpora veste leuant, & succo pinguis oliuæ
Splendescunt, lætiq; ineunt certamina disci.
Quem prius aërias libratum Phœbus in auras
Misit, & oppositas disiecit pondere nubes.
Decidit in solidam longo post tempore terram
Pondus, & exhibuit iunctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, actusq; cupidine lusus
Tollere Tenarides orbem properabat. —

Aulædos ait Aristotel. discum nonnunquam etiam imitari se in gyrum versantes, & in orbem voluentes, οἷον οἱ φαῦλοι αὐληταὶ κυλιόμενοι, ἂν δίσκον δέῃ μιμεῖσθαι. *Trochive)* Græcum hunc fuisse ludum idem videtur indicare in .3. Carm. illis versibus,

Venariq; timet, ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.

Versus tamen audet fingere) Sic idem ad Augustum loquitur,

— *Vt simulatq; Carmina rescieris nos fingere.* —

Census equestrem Summam nummorum) Censeri summam, insolens sanè constructio, nisi synecdochen hanc esse velis participij, qui censum ha-

beat equestrem. Quo eius dicto peti ac figi Laberiū mimorū scriptorē quidam putant, quem quingentis sestertiis atq; annulo equestris ordinis insigni Cæsar donarat. ipsum illum idem alibi notans ait,

„ — *Nam sic Et Laberi mimos, vt pulcra poëmata, mirer.*

Tu nihil inuita dices, faciesq́; Minerua,
Id tibi iudicium est, ea mens: si quid tamen olim
Scripseris, in Metij descendat iudicis aures,
Et patris, & nostras, nonumq́; prematur in annum.
Membranis intus positis, delere licebit
Quod non edideris: nescit vox missa reuerti.

Qui sapit & si quidem natura valet & peringeniosus est, sua tamē scripta domi diu seruat, & multorum de iisdem iudicium exquirit. Sed hæc ille appellans maiorem Pisonem. *In Metij descendat iudicis aures*) Erat in manuscriptis libris, in aliis quidem Matij, in aliis verò Mecij. Cuius siue Matij, siue Mecij qui meminerit, neminem scio. Fuitq; Metius hic in illis fortè doctis & amicis viris, quos suorum scriptorum iudices habebat, & quorum alios cùm nominasset lib. 1. Serm. Satyr. 10. alios prudens prætererat. In aures verò aliorum descendere quod quis scripserit, id est qđ ait in Bruto Cicero in existimantiū arbitriū scripta venire. Alios,
„ inquit, nō laborare vt meliores fiant: nulla enim res tantum ad dicen-
„ dum proficit, quantum scriptio: memoriam autem in posterum ingenij
„ sui non desiderant, cùm se putant satis magnam adeptos esse dicendi
„ gloriam, eamq; etiam maiorem visum iri, si in existimantium arbitrium
„ sua scripta non venerint. *Dices, faciesq́;*) In manuscriptis, faciésue. Notum hoc prouerbiū. *Nonumq́; prematur in annum*) Quoad videlicet refrigeretur, vt ait Fabius, ille inuētionis amor. Vtitur enim hoc Fabius hemistichio in epist. ad Triphonem Bibliopolam, non præcipitandam esse editionem indicans. Quod cur ab Horatio præceptum sit, explicat
„ his verbis in Actio Pontanus, Nec verò is sum, qui negare ausim, hu-
„ iusmodi multa faciendis versibus sponte sua ac penè fortuitò occurrere,
„ multò etiam plura ex habitu exercitationeq;. Verùm tempus ipsum, &
„ artifex rerum harum est omnium, & iudex. Itaque nec temere ab Ho-
„ ratio præcipitur, nonum premi in annum opus debere. Sed longissimi
„ temporis est correctio, quam vt edendi libidinem reprimeret, poetis
„ ad id ardentibus præscripsit. etenim breuioris ea esse temporis debet. Diciq; id etiam potest, illum ad Cinnæ Smyrnā, quæ ab illo nouem annis scripta fuisse dicitur, & Panegyricum Isocratis, quem qui parcissimè decem annis dicunt elaboratum fuisse, numerum hunc annorum retulisse. Quæ sunt omnia apud Quintilianum in .10. cap. De emendatione. & apud Catullum de Cinna hæc,

,, *Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem*
,, *Quàm cœpta eſt, nonamq́ue edita poſt hyemem.*

Membranis intus poſitis) In ſcriniis ſcilicet.

Neſcit vox miſſa reuerti) Idem alibi,

,, *Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*

Syluestreis homines ſacer interpresq́ue deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheûs,
Dictus ob hoc lenire tigreis, rapidosq́; leones:
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet. fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri, leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit. poſt hos inſignis Homerus,
Tyrthæusq́; mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit. dictæ per carmine ſortes,
Et vitæ monſtrata via eſt, & gratia Regum
Pieriis tentata modis, ludusq́; repertus,
Et longorum operum finis: ne fortè pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo.

Voluptatis plurimum, ſed multo plus boni humano generi poetica fa-
cultas attulit. Nam fuit quoddam tempus (inquit Cicero in procemio
prioris libri De inuentione: qđ ad hunc locũ maximè pertinet) quum
,, in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur, & ſibi victu feri-
,, no vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, ſed pleraque vi-
,, ribus corporis adminiſtrabant. Nondum diuinæ religionis, nõ humani
,, officij ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias, nõ certos quiſ-
,, quam inſpexerat liberos: non ius æquabile, quid vtilitatis haberet, ac-
,, ceperat. ita propter errorem atque inſcitiam cæca & temeraria domi-
,, natrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutebatur
,, ꝑniciosiſſimis ſatellitib. Quo tempore quidam magnus videlicet vir &
,, ſapiens cognouit, quę materia eſſet, & quãta ad maximas res opportu-
nitas

nitas in animis inesset hominum, si quis eam posset elicere & præcipiendo meliorē reddere. Quæ dispersos homines in agris, & in tectis syluestribus abditos ratione quadam compulit in vnum locum & congregauit: vt eos in vnamquamque rem inducens vtilem atque honestam, primò propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos. Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, vt homines à consuetudine subitò conuerteret, & ad diuersas vitæ rationes traduceret.

Sacer interpresq́; deorum) Plato in.2.de Republica, Poetas deorum filios & interpretes vocat, καὶ οἱ θεῶν παῖδες, inquit, καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι. Sacros igitur vocat Horatius, quòd essent deorum filij.

Victu fœdo) Ferino. *Dictus ob hoc*) In manuscripto Dictus in hoc. Est verò hæc μυθολογία: vt Seruius Maurus loquitur, Veritas: id est quod Isacius Lycophronis interpres, τὸ ἀληθές. pro quo etiam ἐκτορικὸν nōnunquam dicit. Ab illo enim quæuis fabula tribus ferè modis exponitur, μυθικῶς, ἐκτορικῶς, φυσικῶς. *Lenire tigres*) Ouidius in .10. Metamorph. etiam saxa & montes ipsos solitum mouere, secumq́; trahere canentem Orphea. hæc enim post multa scribens ait,

Tale nemus vates attraxerat, inque ferarum
Concilio, medius turba, volucrumque sedebat.

Qua de re quoq; sunt hi versus elegantiss. apud Euripidē in Iphigenia,

Εἰ μὲν τὸν ὀρφέως εἶχον ὦ πάτερ λόγον
Πείθειν ἐπάδουσ᾽ ὥσθ᾽ ἁμαρτεῖν μοι πέτρας
Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην ἐνταῦθ᾽ ἂν ἦλθον.

Martial. de Eodem Orpheo,

Repserunt scopuli, mirandaque sylua cucurrit,
Et supra vatem multa pependit auis.

Dictus & Amphyon) Statius in.8.Thebaidos,

— Alij Tyriam reptantia saxa
Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes.

Fuit hæc sapientia quondam) οὗτοι γὰρ ἡμῖν, de poëtis agens Plato scribit, ὥσπερ πατέρες τῆς σοφίας εἰσι, καὶ ἡγεμόνες. Et Strabo auctor grauissimus in primo, solos poëtas sapiētes habitos olim fuisse scriptū reliquit, his verbis, οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικὴν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις μεθ᾽ ἡδονῆς. οἱ δὲ ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνης. Idem sensit & scripsit Maximus Tyrius his verbis, καὶ γὰρ ποιητικὴ τί ἄλλο ἢ φιλοσοφία; ὑπὸ μὲν χρόνῳ παλαιά, τῇ δὲ ἁρμονίᾳ ἔμμετρα,

„ μετρα, τῇ δὲ γνώμῃ μυθολογικὴ· καὶ φιλοσοφία, τί ἄλλο ἢ ποιητικὴ περὶ μὲν χρόνῳ
„ νεότερα τῇ δὲ γνώμῃ σοφίστερα; δύο οὖν πραγμάτων, χρόνῳ μόνον καὶ σχήματι
„ ἀλλήλοις διαφερομένων, πῶς ἄν τις διαιτήσῃ διαφοράν; In eandem penè ſententiam ſcriptũ ab Ariſtotele fuiſſe antea monui ad philoſophiam magis poëticam, quàm hiſtoricam facultatem pertinere. Sed his plura alia de Plutarchi libello, qui inſcribitur, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, liceat diſcere. *Concubitu prohibere vago*) Promiſcuo, cùm certi liberi non eſſent. *Thebanæ conditor arcis*) In manuſcripto quodam, Vrbis.

Oppida moliri) Moliendi verbum ad ingentia pertinet & auguſta ædificia. Virgil. in.5.Æneid.

„ — *Molimur mœnibus vrbem.*

„ Et in quarto. — *Moliturque aggere foſſas.*

Eodem modo optimi quiq; ſcriptores Moliri porticus. *Leges incidere ligno*). Nondum enim in æs incidebantur. Atq; his quidem verbis notantur.12.tabularũ leges à Solone conſcriptę, dictę propterea ab Athenienſibus, ἄξονες, quòd erant ligno inciſæ. Nam κύρβεις lapides non tabulas fuiſſe dixit Apollodorus, quibus de vocibus adeundus & conſulendus Suidas. *Tyrthæusque*) Fab.Quintil.lib.10.cap.1.Quid? Hora-
„ tius, inquit, fruſtra Tyrthęum Homero ſubiungit? Hunc Athenienſem
„ alij. Strabo vel ipſo Tyrthęo de ſe in elegis confitente, Erineatem fuiſſe tradit. Suidas aut Lacedæmonium, aut Mileſium fuiſſe dicit. Plutarchus in libello de Muſica Tyrthęi cuiuſdam Mantinenſis mentionẽ facit. Paulus Oroſius libr.2.cap.1.Tyrthęum Lacedæmoniorum ducem Athenienſem fuiſſe ſcribit. *Mares animos*) Lacedæmoniorũ, quos fortè ciebat & accendebat pulſis ad carmina neruis. Id enim ſpectans Perſius mihi videtur in.6.Satyr. ſic ſcribere,

„ *Iám ne lyra, & tetrico viuunt tibi pectine chordæ?*
„ *Mire opifex numeris veterum primordia vocum*
„ *Atque marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinæ*
„ *Fortis.* —

Verſibus exacuit) Veteres enim virili quadã, & vt ita dicam, maſcula vtebantur muſica, non hac theatrali & molliore. ea ἀνδρώδης à Plutarcho in commentario de Muſica dicitur. ſcribit ille ſic, ἐχρήσαντο δὲ αὐτῇ
„ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι πᾶσιν. οἱ δὲ νῦν
„ τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι, ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης, καὶ θεοπρεπίας, καὶ
„ θεοῖς φίλης, κατεαγυῖαν, καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα εἰσάγουσι. Sumptis ex Horatiano hoc loco verbis, aut huc certè alludens Prudentius in.2. contra Symmachum ſic ſcribit,

„ *Orator catus inſtigat, ceu claſſica belli*
„ *Clangeret, exacuitque animos & talia iactat.*

Id quod ab vtroq; dicitur animos exacuere, Clemens Alexandrinus in poſte-

posteriore libro pædagogi ἐξαγριαίνειν τοὺς θυμούς. cuius verba pietatis & elegantiæ plenissima subiicio, εἰρηνικὸν ὡς ἀληθῶς ὄργανον ὁ ἄνθρωπός ἐστιν: τὰ δὲ ἄλλα, ἤν πολυπραγμονῇ τις ὄργανα εὑρήσει πολεμικὰ εἰς τὰς ἐπιθυμίας ἐκφλέγοντα, ἢ τοὺς ἔρωτας, ἢ ἐξαγριαίνοντα τοὺς θυμούς. Χρῶνται γοῦν παρὰ τοὺς πολέμους αὐτῶν, τυῤῥηνοὶ μὲν, τῇ σάλπιγγι: σύριγγι δὲ, Ἀρκάδες: σικελοὶ δὲ, πηκτίσιν: καὶ κρῆτες, λύρᾳ: καὶ λακεδαιμόνιοι, αὐλῷ: καὶ κέρατι θρᾶκες: καὶ αἰγύπτιοι, τυμπάνῳ: καὶ ἄραβες, κυμβάλῳ. Hunc eundem vsum Musicæ in rebellica olim fuisse narrat in libello de Musica Plutarch9, eadem penè iisdemq́ue gentibus instrumenta tribuens. *Sic honor*) Hic, inquit, rei Musicæ & Poëticæ progressus fuit. *Diuinis vatibus*) Τοῖς θείοις.

Et vitæ monstrata via est) Præcepta vitæ intelligit. sic enim Latinè à Quint. lib. 12. cap. 11. quæ à Græcis ὑποθῆκαι, dicuntur. quas primus Hesiod. scripsit, vt idem ait in. 1. cap. 2. Suidas quoque idem fecisse Tyrthæum narrat his verbis, ἔγραψε πολιτείαν λακεδαιμονίοις καὶ ὑποθήκας δι' ἐλεγείας. in eodē genere versantur Theognis, Pythagoras, Phocylides. Marcus Tullius in. 2. Epist. ad Atticū, qui se in eo genere exercent, pragmaticos homines appellare videtur, quorum alii præcepta scribant historica, id est prosa oratione: alii verò versibus. eius verba sunt, Credis? inquies, prorsus mihi persuadet, sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, versibus denique cauere iubent, & vetant credere; alterū facio, vt caueam, alterum vt non credam, facere non possum.

Et gratia regum Pieriis tentata modis) Anacreon Polycrati tyranno: Euripides Achelao regi, ac plures alii poëtæ regibus cari fuerunt, & principibus viris placuere: ipse in Epist. ad August.

Dilecti tibi Virgilius, Variusq́ue poëtæ.

Messalæ Tibullus, Mallio Catullus placuit. *Ludusq́; repertus Et longorum operum finis*) Quid ludus siue lusus, & longum opus dicerentur, suprà docui. *Ne fortè pudori*) Ne tu, inquit, rem contemnendam putes poëticam, & homine libero indignam. Perinde ac si eò hæc dicta sint, quòd hanc artem quosdam puderet factitare. *Et cantor Apollo*) Quem Callimachus ἀοιδὸν in hymno vocat. sic enim scribit,

— οὔτις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων
Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν.

Ita verò nunc illum cantorem vocat, vt in. 1. Carm. Augurem quoque. est enim apud illum hoc modo,

Nube candentes humeros amictus Augur Apollo.

Orpheum Lyrici carminis inuentorem fuisse docui alibi Plutarchi verbis. quamobrem neminem tanto ac tali auctore eius carminis, vt scribat sæpius, pœnitere aut pudere debet. Neque verò etiam totius rei musicæ, cuius patronus atque auctor est magnus Apollo. id Plutarchus his verbis in lib. de Musica, ἡμεῖς δ' οὐκ ἄνθρωπόν τινα παρειλάβομεν εὑρετὴν τῶν τῆς μουσικῆς ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸν πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον θεὸν, ἀπόλλωνα.

Natura

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est. ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amicè.

Quosdam odisse artem suprà, solaq; natura & suopte ingenio contentos esse dixit. Nunc sic ea de re tota statuit, nec ingenium sine arte, nec artem sine ingenio & natura multùm valere. *Quæsitum est*) Loquitur eodem modo Cicero quoq; ἀπροσώπως in.1.de Orat. Sin autem, inquit,
„ quæreretur, quisnã Iurisconsultus verè nominaretur, &c. Et Caris.lib.1.
„ Ad æquas, inquit, an ad aquas vocari, dici debeat, quæsitum est. Et Te-
„ rentius Scaurus de orthographia, Quæsitum est, inquit, extrinsecus &
„ intrinsecus, vtrum h litera an sine ea scribendum esset. Hic verò locus de natura atq; arte cùm ab ipso Cicerone aliis locis sæpius, tum ab aliis scriptoribus est variè tractatus. Alij enim plusquã arti, naturæ tribuunt: contrà alij. verùm nemo eorum ferè est, qui non vtrumq; requirat. & verò sunt, quibus nihil, nec ab arte, nec à natura desit, miri, vt idem ait, vtroq;. eius enim versiculus hic est in.2.Serm.Saty.4:

„ *Siue hoc naturæ, siue artis, mirus vtroq;.*

Ego nec studium) In manu quibusdam scriptis, Ego non studium.

Alterius sic Altera poscit opem res) Loquitur isto modo idem in Epist.
„ ad Augustum, *Poscit opem chorus.* —

Et Cornelius Celsus in procemio libri primi de medicina. Crispus Salust. in belli Catilinarij procemio, de re alia eodem penè modo loqui-
„ tur, Ita vtrumq; per se indigens, alterũ alterius auxilio eget. *Et coniurat amicè*) Amicitiam & societatem coëunt, ac iunguntur alteri alterum.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit, & alsit,
Abstinuit Venere & vino. qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitq; magistrum.
Nunc satis est dixisse, ego mira poëmata pango:
Occupet extremum scabies. mihi turpe relinqui est,
Et quod non didici, sanè nescire fateri.

Cùm sit igitur ars ipsa necessaria, discenda est non segniter: sed incumbendum in studia literarum, & à turpissimis voluptatibus abstinendum, quæ cursum studiorum ac diligentiæ nostræ impedire possunt.

Abstinuit Venere & vino) In manuscriptis hoc posterius, & Baccho. Quod esse probabilius videtur, cùm Veneris quoq; metonymia sit vsus.

Qui Pythia cantat) ὁ τὰ πύθια ἀπαγγέλων, quemadmodum in Poëtica loquitur Aristotel. *Ego mira poëmata pango*) Loquuntur eodem modo Lucretius & M.Tullius. *Occupet extremum scabies*) Idem penè verbũ habent hodie pueri Lusitanorum, quo in certamine vtuntur & cursu.

Vt præco ad merceis turbam qui cogit emendas,
Adsentatores iubet ad lucrum ire poëta
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.
Si verò est vnctum qui rectè ponere possit,
Et spondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor si sciet inter-
Noscere mendacem, verumq; beatus amicum.

Et studio opus est industriaq; in pangendis fingendisq; versibus, & vero etiam iudicio & censura doctorum hominum. Quare poëta diues & beatus, qui venientes ad se bene acceperit, paucissimos reperiet ac nanciscetur iudices veros & candidos suorum carminum. sed ad gratiam pleriq; loquentur, & laudabunt, quicquid ille liberalis & opulentus scriptor panget. *Vt præco ad merces turbam qui cogit*) In auctionibus scilicet. Coactores & præcones distinguit ipse in primo Serm. Saty. 6.

„ *Nec timuit sibi ne vitio quis verteret olim,*
„ *Si præco paruas, aut vt fuit ipse coactor,*
„ *Mercedes sequerer.* — Etsi coactorem aliter accipiunt interpretes. *Si verò est vnctum*) Vncti atq; vnguentis delibuti accumbebant veteres. non vncti, sicci dicebantur. Idem in. 1. Epist. ad Sæuam,

„ *Si prandere voles, pauloq; benignius ipsum*
„ *Te tractare voles, accedes siccus ad vnctum.*

Terentius in Phormione,

„ *Tene asymbolum venire vnctum atq; lautum è balneis?*

Qui vngebat, vnctor is dicebatur, quo verbo Cic. in. 7. Gallo Fab. scribens vtitur. Eius initiũ epistolæ, Amoris quidem tui. *Leui pro paupere*) Leuem vocat egentem, contemptum ac nullius precij hominem.

Idem in. 1. Carm. Ode. 25.

„ *Inuicem mœchos anus arrogantes*
„ *Flebis, in solo leuis angiportu,*
„ *Thracio bacchante magis sub inter-*
„ *Lunia vento.*

Et Ode.31.Leues maluas dicit,inemptas,quas nulla impensa pares,vulgò contemptas. Sed Persij tamen versus è Satyra. I. quem interpres Acron adducit, etiam vt de ferculo & conuiuio intelligi possit, videtur annuere. Ponendi enim verbo, eodem modo vtitur, & eodem in genere. Quòd autem vncti nomine, vnctum idem pulmentarium intelligit, id est quoque Persianum. ille enim Satyra.3.sic,

„ *Vncta cadunt laxis tum pulmentaria labris.*

Laudat ergo conuiua regis illius ac beati versus, quicunque sunt illi, dummodò ob audiendi patientiam & fictas illas mentitasque laudes cœna fruatur, sæpiusque sic ab illo bene accipiatur. Facetè Martialis de Pomponio quodam scripsit,

„ *Non tu Pomponi, cœna diserta tua est.*

Atris litibus) Atras lites, vt idem alibi atras curas dixit. In.3.enim Carm. in Augusti laudibus sic scribit,

„ *Hic dies verè mihi festus atras*
„ *Eximet curas.* —

Si sciet inter Noscere mendacem) Quo de discrimine, liber exstat elegantissimus Plutarchi. M.Tullius in Topicis, amico assentatorem opponit. In manuscripto, Si sciat. *Beatus*) Diues atque opulentus.

Tu seu donaris, seu quid donare voles cui,
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ: clamabit enim pulcrè, benè, rectè:
Pallescet super his, etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem: saliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: sic
Derisor vero plus laudatore mouetur.

Seu quid donare voles cui) In manuscriptis, Velis. *Nolito ad versus*) Hilaris & bene acceptis conuiuis ne legito. quod Cicero ad Atticum scribens de syntagmate quodam suo, vt faciat, monet. *Clamabit enim*) Elegantissimus ille locus est apud Persium Saty.1. de diuitum ineptiis atque assentatione conuiuarum, illorum poëmata laudantium. Scribit enim,

„ *Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est,*
„ *Rancidulum quiddam balba de nare locutus,*
„ *Phyllidas, Hypsipylas, vatum & plorabile si quid*
„ *Eliquat, & tenero supplantat verba palato,*

" *Assensere viri: nunc non cinis ille poëtæ*
" *Felix? nunc leuior cippus non imprimit ossa?*
" *Laudant conuiuæ: nunc non è manibus illis,*
" *Nunc non è tumulo, fortunataq́ fauilla*
" *Nascentur violæ? —*

Et apud Horat.in.2.Ser.Sat.5.Tyresias Vlyssem ad assentandũ instruẽs,

" *— Scribet mala carmina vecors Laudato. —*

Pulcrè, benè, rectè, Pallescet super his) In manuscriptis aliquot Pallescit, non æquè bene. Euge hoc & bellè est illud Persianum. Quæ tamen omnia, vt mereatur, orator operam enixè dabit auctore Cicerone. Is " enim in .3. de Orat. sic scribit, Eloquens verò qui non approbationes " solùm, sed admirationes, clamores, plausus, scilicet mouere debet, omni" bus oportet ita rebus excellat, vt ei turpe sit quicquam aut spectari, aut audiri libentius. A.Gellius in.5. cap.1.scribit de Musonij sententia, eum qui de Philosophia differentem audit, non obuias vulgatasq; laudes effutire debere, non clamitare, non gestire, non vocum festiuitatibus, non modulis verborum, & quibusdam quasi frequentamentis orationis moueri, exagitari, gestire. Simillimæ sunt Horatianis assentatoriæ voces illæ Gnatonis apud Terent. in Eunucho.Act.3.Sce.1.

" *Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà.*

Stillabit amicis Ex oculis rorem) Falsam lacrymulã, quam oculos terendo miserè vix vi expresserit. Exstillandi verbo Plaut. vtitur, ac de oculis quidem in Pseudolo, his verbis, quæ à Catisio referuntur in.1. Teritur " sinapis scelerata, quom illi qui terit priusquã cõtriuit, oculi vt exstillent facit. *Tundet pede terram*) Vel intelligendum hoc de oratorio gestu, quem Cicero in Bruto pedis supplosionem vocat, & de quo plura sunt à nobis in libello Appendicularum atque obseruationum dicta, vel de saltatione: vt pro carminis materia, vel dum cantat ille, saliat assentator. sic enim propè loquitur idem quoque in.1.Carm.Ode.4.

" *Iunctæque Nymphis Gratiæ decentes*
" *Alterno terram quatiunt pede.* Et in.3.Od.18
" *Gaudet inuisam pepulisse fossor*
" *Ter pede terram.*

Vt qui conducti) Eadẽ hodie in Sardis consuetudo, ac nõnullis aliis locis.

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborent,
An sit amicitia dignus. si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Eo

Eo animo ad te veniunt aſſentatores, vt ſe cibo & potu expleant, tua ſcripta interim ad cœlum ferant laudibus. Quare non temerè quoſuis in amicitiam recipito, ſed eos demum, quos perſpexeris & probaris.

Culullis) Verbo eodem vtitur in primo Carm. in his verſibus,

„ *Premant Calena falce, quibus dedit*
„ *Fortuna vitem: diues & aureis*
„ *Mercator exſiccet culullis*
„ *Vina, Syra reparata merce.*

Et torquere mero) Etenim ferè aperit præcordia Liber, & apparet veritas animiq́ fides prodiga perlucidior vitro. qui locus eſt alibi à me pluribus verbis explicatus, & ſimilibus aliorum ſcriptorum locis illuſtratus. *Quem perſpexiſſe laborent*) Laboro verbum ſic ſæpe cum infinitis iungit. in .1. Epiſt. ad Florum,

„ *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris*
„ *Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.*

Et in .2. Serm. Noſſe laboro, & laboro reddere. Et Perſ. Saty. 2.

„ — *Minimum eſt quod ſcire laboro.*

Nunquam te fallant) Sic quoque mihi legendum videbatur. verùm nonnulli manuſcripti codices reclamabant, & legebant, Fallent. Perſius mutata paululùm ratione dicendi, Saty. 5. dixit,

„ *Pelliculam veterem retines, & fronte polita*
„ *Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem.*

Ne te, inquit, aſſentatoris lateat ſimulatio. ſic enim ſæpè alibi fallendi verbo eſt vſus, pro eo quod eſt latere. quanquam vtrunq́ ſimul nonnunq̃ iungit, vt in Epodo in Canidiam,

„ *Atqui nec herba, nec latens aſperis*
„ *Radix fefellit me locis.*

Quintilio ſi quid recitares, corrige ſodes
Hoc aiebat, & hoc. melius te poſſe negares,
Bis terq́ue expertum fruſtra, delere iubebat,
Et male tornatos incudi reddere verſus.
Si defendere delictum, quàm vertere malles:
Nullnm vltrà verbum, aut operam ſumebat inanem,
Quin ſine riuali teq́ue & tua ſolus amares.

Hic eſt ille Quintilius Varus, quem in ſuorũ numero cenſorum repoſuit in primo Ser. Sat. 10. quemq́ liberi candidiq́ iudicis exemplo eſſe vult.

eius obitum deflet ipse in.1.Car.Ode.24.in quo virtutes illas sitas fuisse dicit,pudorem,iustitiam,fidem, & nudam veritatẽ. quã scilicet in iudicandis aliorũ scriptis præstabat. *Melius te posse negares)* Existimo hæc verba sic esse dispungẽda, *Melius te posse negares Bis terq́; expertũ frustra,)* Tum verò ille, quoniam nulla omnino via succederet, delere iubebat. *Et male tornatos)* Dicuntur hi quoque ab eodem in.1.Sat.7. malefacti,

,, — *Qui malefactos*
,, *Emendare parat versus.* — Et aliquãtò etiã pòst,
,, — *Num rerum dura negarit*
,, *Versiculos natura magis factos,& euntes.*

Ouid.in iis versibus,quos ad Pisonem scripsit,de illius eloquentia multa prædicans,inter cætera id etiã scribit,sentẽtias illum loqui ornatissimas, easq́; crebras & celeres,quasi excusso torno saliẽtes.Versus illius hi sunt,

,, *Qualis io superi, qualis nitor oris amœnis*
,, *Vocibus: hinc solido fulgore micantia verba*
,, *Impleuêre locos, hinc exornata figuris*
,, *Aduolat excusso velox sententia torno.*

Aut operam sumebat inanem) Eodem modo Catullus,

,, *Hunc video mihi nunc frustra sumptum esse laborem.*

Quin sine riuali) In manuscripto quodam,Qui. Tritum hoc illi verbum, & M. Tullio totidem penè verbis in Epist. ad Q. Fratrem, Hircius,
,, inquit,auctor fore videtur.O di quàm ineptus,quàm se ipse amans sine riuali. Ipse Horat. in.1. Serm. Sat.2.

,, — *Verùm hoc se amplectitur vno,*
,, *Hoc amat.* — Et in.1.Epist.posteriore ad Mecœnatem,
,, *Si dixi, rides ait,& Iouis auribus ista*
,, *Seruas. fidis enim manare poëtica mella*
,, *Te solum, tibi pulcer.* —

,, Ac iterum Cic. in.1.de natura Deor. At mehercle ego (dicam enim vt
,, sentio) quamuis amem ipse me,tamen nõ audeo dicere pulcriorem esse
,, me, quàm ille fuit Taurus, qui vexit Europam. Hunc stultum improbumq́; poëtarum amorem suarum lucubrationũ, eleganter idem in.14.
,, epist. ad Atticum describens ait, Quod me hortaris, vt scriptam cõcio-
,, nem mittam, accipe â me mi Attice, καθολικὸν θεόρημα earum rerum, in
,, quibus exercitati sumus: satis nemo vnquã neque poëta neque orator
,, fuit, qui quemquam meliorem quàm se arbitraretur. Hoc etiam malis
,, contigit. Quid Bruto putas & ingenioso & erudito? de quo etiam ex-
,, perti sumus. nuper in edicto scripseram rogatu meo: meum mihi pla-
,, bat,illi suum.quinetiam cùm ipsius precibus pene adductus,scripsissem

„ ad eum De optimo genere dicendi, non modò mihi, sed etiam tibi scri-
„ psit sibi illud quod mihi placeret non probari. Quare sine quæso quéque
„ sibi scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem,
„ mihi meum. non scitè. hoc enim Attilius poëta durissimus. Idem in .2.
„ epist. ad Q. Fratrem, Tu verò, vt me & appelles, & interpelles, & oblo-
„ quare, & colloquare, velim. Quid enim mihi suauius? Non mehercle
„ quisquam μουσοπάτακτος libentius sua recentia poëmata legit, quàm ego
„ te audio quacunque de re, publica, priuata, rustica, vrbana. Catulli quo-
que horum omnium illud simillimum ad Varum de Suffeno,

„ *— Neque idem vnquam*
„ *Æquè est beatus, ac poëma cùm scribit*
„ *Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.*

Is verò qui se amat, φίλαυτος à Græcis dicitur.

Vir bonus & prudens versus reprendet inerteis,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit:
Fiet Aristarchus. nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ seria ducent
In mala, derisum semel, exceptumque sinistrè.

Quem se præbere iudex debeat, in cognoscendis & perspiciendis amicorum scriptis docet. rectum videlicet, & candidum. Estque locus hic totus de emendatione, parte, vt Quint. ait, studiorum longè vtilissima.

Vir bonus & prudens) Idem penè initium est Viri boni apud Virgil.

„ *Vir bonus & sapiens. —*

Et apud ipsum Horatium in .1. epist. ad Quintium,

„ *Vir bonus, & sapiens audebit dicere. —*

Versus reprendet inerteis) Inertes versus mihi videtur dicere, virtute arteque carentes, vel à rebus, vel à verbis ipsis ornatis, elegantibus, iunctisque destitutos atque inopes. Arist. in poëmate continuo & longo, quasdam partes esse dicit otiosas peneque frigentes, in quibus adhiberi postulat orationis lumina: eas ille partes græcè ἀργὰ μέρη vocat. verba illius hæc
„ sunt, τῇ δὲ λέξει διαπονεῖν ἐν τοῖς ἀργοῖς μέρεσι, καὶ μήτε ἠθικοῖς, μήτε διανοητι-
„ κοῖς. ἀποκρύπτει γὰρ πάλιν ἡ λίαν λαμπρὰ λέξις τὰ ἤθη, καὶ τὰς διανοίας. Quo eodem verbo græco Dionys. Halicarnas. vtitur, austeræ compositionis rationem tradens. In qua verba ipsa, quemadmodum in ædificiis lapides nonnunquam aliqui, sunt otiosa nullius omnino vsus. Vtar verò ea de re ver-
„ bis illius, οὐδὲν αὐτῇ διαφέρει, οἷον γίνονται τῶν λογάδην συντιθεμένων ἐν οἰκοδο-
μίαις

,, μίαις λίθων, αἳ μήτε εὐγώνιοι, μήτε συνεξεσμέναι βάσεις, ἀργαὶ δέ τινες καὶ αὐτο-
,, σχέδιοι, μεγάλοις τε, καὶ διαβεβηκόσιν εἰς πλάτος ὀνόμασι ὥστε τὰ πολλὰ μηκύνεσθ
φιλεῖ. M. Tullius in extrema ſecundi libri epiſt. ad Q. Fratrem Iulij Cæſaris græco verbo de ſuis verſibus vtitur eodem prorſus, quo Latini huius verbi vis exprimitur. itaq; Ciceronis verba ſubiicio, Sed heus tu,
,, celari videor à te. quomodonam mi frater de noſtris verſibus Cæſar?
,, primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me antè, & prima ſic, vt neget ſe
,, ne Græca quidem meliora legiſſe. reliqua ad quendam locum ῥαθυμώ-
τερα. Hoc enim vtitur verbo. Idem Horatius in Epiſt. ad Auguſt. veteres poëtas ait ignauè multa dicere,

,, *Si quædam nimis antiquè, ſi pleraque durè*
,, *Dicere credat eos: ignauè multa fatetur,*
,, *Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.*

Verbo & ſententia iiſdem Cornel. Tacitus vtitur in dialogo, ſumma o-
,, mnia in oratoris oratione requirens. Nullum, inquit, ſit verbum vel ru-
,, bigine infeſtum, nulli ſenſus tarda & inerti ſtructura in morē annalium,
,, componantur. Fugiat fœdam & inſulſam ſcurrilitatem, variet compo-
,, ſitionem, nec omnes clauſulas vno & eodem modo determinet.

Culpabit duros) Idem in.1.Serm.Satyr.4.de Lucilio,

,, — *Durus componere verſus.*

& à Cicerone duri eiuſmodi poëtę dicuntur. Attilium enim in.14.epiſt. ad Atticum, cuius initium epiſtolæ eſt, E Pompeiano, duriſſimum poëtam appellat. *Tranſuerſo calamo)* Id ille alibi dixit, Stilum vertere. vt in.1. Serm. Satyr.10.

,, *Sæpe ſtilum vertas, iterum, quæ digna legi ſint*
,, *Scripturus.* —

Ambitioſa recidet Ornamenta) Superuacanea videlicet, luxurioſa, & ad oſtentationem accerſita. Quæ enim nimia ſunt & redundantia, reciduntur. Ambitioſi verbo Quintil. in.12. de naturali agens eloquentia,
,, ſic vtitur, Nihil'q; accerſiti & elaborati requirentes: quicquid huc ſit ad-
,, iectum, id eſſe affectionis, & ambitioſæ in loquēdo iactantiæ, remotum
,, à veritate, fictum'q; ipſorum gratia verborum, quibus ſolùm à natura
,, ſit officium attributum ſeruire ſenſibus. Ipſe Horatius in.1.Carminum ambitioſam ederam vocat multis ſe ac nimiis flexibus innectentem rebus aliis. ſcribit enim,

,, — *Nec damalis nouo*
,, *Diuelletur adultero*
,, *Laſciuis ederis ambitioſior.*

Quò mihi veriſimilius ſit, ad hanc herbarum luxuriem ambitionem'q; ſpectaſſe Horatium, quòd recidendi verbo huius quoque generis proprio nunc ſimul vtitur in ambitioſis verbis ſe auctore recidendis.

Reci-

Recidendi auté verbo hoc ipso in genere ipse in primo Serm. Saty.10. de Lucilio agens vtitur,

„ *— Sed ille*
„ *Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum,*
„ *Detereret sibi multa, recideret omne quod vltra*
„ *Perfectum traheretur. —*

„ Et Quintil.in.10.cap.5.Sed (quod dixi primo, vt arbitror, libro) nec ille „ se bonus præceptor maiore numero, quàm sustinere possit, onerabit: „ & nimiam loquacitatem recidet, vt omnia quæ sunt in controuersia, „ non, vt quidam volunt, quæ in rerũ natura dicantur. Idem in.12.cap.10. „ Quòd si mihi des consilium iudicum sapientum, perquàm multa reci- „ dam ex orationibus, non Ciceronis modò, sed etiã eius qui est strictior „ multò, Demosthenis. Ac paulò post idem, Quòd si impediant breuitate „ tempora à iudice data, multum ex eo quod potuit dici, recidetur. Ipse idem Horat.in.2.Epist ad Florum, *Luxuriantia compescit. —* Quod ipsum verbis penè iisdem dicit Quintil.in.10.cap.4. Luxuriantia adstringere. Cicer.in.2.de Orat.vnde hæc pulcerrima translatio fieret „ de Sulpitij differens oratione ostendit, Quod si hic, inquit, noster Sulpi- „ tius faceret, multò eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, vt „ in herbis rustici solent dicere, in summa vbertate inest luxuries quædã, „ quæ stilo depascenda est. *Ambiguè dictum*) Amphiboliã, quam vitiosa verborum collocatione fieri docet Quintilian. *Mutanda notabit*) Sunt enim hæc emendationis, vt scribit Quintil. adiicere, detrahere, mutare. Mutandi verbo etiam in hoc correctionis genere vtitur A.Cecinna in epist.ad Ciceronem. *Nec dicet*) In manuscripto quodam, Non dicet.

Hæ nugæ seria ducent In mala) Mendum enim scripturæ, vt idem ait „ Cecinna, litura tollitur, stultitia fama multatur. Contraria quadam sen- „ tentia, sed verbis tamen similibus Plinius in.7.epist. ad Fuscum, Lusus, „ inquit, vocantur: sed hi lusus non minorem interdum gloriam, quàm se- „ ria consequuntur. Ita verò ducendi verbo hoc loco vtitur Horat. vt „ idem antè in hoc libro, *In vitium, culpæ ducit fuga. —*

Vt mala quem scabies, aut morbus regius vrget,
Aut fanaticus error, & iracunda Diana,
Vesanum tetigisse timent, fugiuntq; poëtam,
Qui sapiunt: agitant pueri, incautiq; sequuntur.

Neq; verò temerè apud quemlibet ita de alicuius scriptis iudicare liceat, vt hac libertate & candore vti possis. Etenim sunt nonnulli ita reprehensionis impatientes, ita irritabiles, vt lædant etiam reprehendentem se, in eosq; sic impetum faciant, vt ij, quos vel morbus aliquis, vel grauis

vexat insania. *Vt mala quem scabies*) Quam, vt opinor, Celsus in .5. à Græcis dicit ἀγρίαν vocari. mala verò etiam propterea dicitur, quòd ad insaniam adigat, quod facit ipsa vis efflera morbi. *Aut morbus regius vrget*) Arquatus, is alio nomine dicitur. Vrgendi verbo Celsus in hoc genere est vsus: de febricitante enim sic loquitur, Timeri potest, ne ille magis etiam, quàm ex consuetudine vrgeatur. Atq; alibi fastidio vrgeri. Virgilius in 6. pœnis vrgeri sic dixit,

Quæ scelerum facies, ò virgo, effare, quibúsue
Vrgentur pœnis? — Horatius in .2. Serm. Saty. 3.
— *Pudor, inquit, te malus vrget,*
Insanos qui inter vereare insanus haberi.

Deinde quoque libro eodem, Saty. 7.

Vrget enim dominus mentem non leuis, & acres
Subiectat lasso stimulos, versatq; negantem.

Aut fanaticus error) Errorem pro insania & furore posuit. quo verbo idem in Epist. ad Florum vtens ait,

— *Pol, me occidistis amici,*
Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Vnde verò translatio hæc facta sit erroris, ipse in .2. Serm. Saty. 3. ostendens, ait, — *Velut syluis, vbi passim*
Palanteis error certo de tramite pellit,
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit, vnus vtrique
Error, sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum, nihilo vt sapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat. —

Hic error à diis vltoribus immitti dicitur. qua de re sunt hæc Ciceronis verba in Orat. in L. Pisonem, Illud etiam accidit, præter optatum meũ, sed valde ex voluntate: mihi enim non venerat in mentem, furorem & insaniam optare vobis, in quam incidistis: atqui fuit optandum. me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios & consceleratos pœnas certissimas constitutas. Nolite. n. putare P. C. vt in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus, sua quemq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate & mente deturbat. Hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Ego te non verecordem, non furiosum, non mente captum, nõ tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorẽ putem? Vesanum quem dicit Horatius, eundem Cicero vecordem nominat. Qui verò fanatici gestus

erro

erroris & species sit, ostendit Quintil. in. 11. cap. de Pronunciatione; quo loco de capitis gestu ipsius differit. Solo tamen eo, inquit, facere gestum scenici quoque doctores vitiosum putauerunt. Etiam frequẽs eius nutus nõ caret vitio: adeò, iactare id & comas excutientem rotare, fanaticum est. *Vesanum tetigisse*) Vel vt leuiter feriant, vel vt ludant: vtroque enim modo tangendi attingendiq; verbis Terent. vtitur. In Andr. enim Act. 4. Scena. 5. Mysis ait, *Ne me attingas sceleste:*

Et in Eunucho Thais, ei qui manum iniiceret interminans,

Atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico effodientur.

Tangendi verò, id est ludendi verbo, sic idem est vsus in eadem fabula Act. 3. Scena. 1. — *Quid illud Gnato?*

Quopacto Rhodium tetigerim in conuiuio.

Simile huic illud A. Persij Satyra. 1.

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit. —

Et in Heaut. Act. 4. Sce. 6. lasciuiusculè accepit,

— *Mihi, inquit, Clitipho,*
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.

Hoc ergo poëtarum genus est irritabile, nec inultum finit, quod quis candidè reprehenderit.

Hic dum sublimeis versus ructatur, & errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum, foueámue, licet succurrite longùm
Clamet iò ciues, non sit qui tollere curet.

Insanientis poëtæ habitum incessumq; demonstrat, atque exprimit, attentè, vt videtur, de suis versibus cogitantis in eoq; defixi. *Sublimes versus*) Impressi quidam libri, Sublimis etiam, vt nominãdi casus hic sit, sicq; ructantis habitus significetur. sublato enim vultu extentoq;, ructus emitti solet. quo verbo eodẽ antè superbi hominis atq; arrogantis mores habitumq; demonstrauit. quod eò etiam probabilius fit, quòd ad venantis gestum, quem exprimit, magis accedit. In manuscriptis exemplis omnibus, Sublimes erat. Vt versus illi sublimes dicerentur, quippe quos sublimis & ructans poëta quasi eiectaret: vel quibus ille ita gauderet, vt nihil nec altius, nec præstantius esse posse iudicaret. Nam & eadem hac ipsa sententia Iuuenalis sublimia vocat carmina Saty. 7.

Frange miser calamos, vigilataq; prælia dele,
Qui facis in parua sublimia carmina cella,
Vt dignus venias hederis & imagine macra.

Sublimes itaq; versus illo altero etiam modo dici posse videntur, quem-

admodũ anhelitus quoq; sublimis ab eodem dicitur, quòd nõ nisi sublimes & erecto vultu anhelemus. sic enim est apud illũ in.1.Car.Ode.15.

" *Quem tu, ceruus vti, vallis in altera*
" *Visum parte lupum graminis immemor,*
" *Sublimi fugies mollis anhelitu.*

Ructatur) Locus est similis, vt opinor, poëtæ cuiusdam in eum, qui se versus ructari iactabat, ille in eodem verbo facetiã quærens, indidemq; petẽs, idipsum affirmat irridens, eumq; omnino ructari dicit, quos malè concoquit versus. Celsus actiua voce dixit, Crudum ructat. in primo cap.2. *Si veluti merulis*) Manuscripti & impressi nonnulli, Sic veluti. Hanc autem venantis speciem securi, ac lapsum minimè timentis, exprimit quoque Persius Saty.3. his versibus,

" *Est aliquid, quò tendis & in quo dirigis arcum,*
" *An passim sequeris coruos testaque lutoque*
" *Securus quò pes ferat? —*

Vetus verbum id quoque, Quæ ante pedes. *In puteum foueamque*) Extrema hæc & certa est insania, eiusmodi pericula non vitare. Idem enim in Epist. ad Florum de quodam non prorsus insaniente,

" *Posset qui rupem, & puteum vitare patentem.*

Licet succurrite longùm Clamet io ciues) Sic idem in.2.Ser.Sat.3. insanientem, qui sibi fossas & rupes videre videbatur, clamantẽ facit his versib.

" *— Est genus vnum*
" *Stultitiæ, nihilùm metuenda timentis: vt igneis,*
" *Vt rupeis, fluuiosque in campo obstare queratur.*
" *Alterum, & huic varium, & nihilo sapientius, igneis*
" *Per medios fluuiosque ruentis. clamet amica*
" *Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, vxor,*
" *Hic fossa est ingens, hic rupes maxima, serua.*

Sosipater Carisius in.2. Longùm in aduerbiis numerans, locum hunc profert ex Horatij, vt ipse ait, Epistolis. verba illius hæc sunt, Longùm " clamet Horatius Epistolarum,

" *—Licet succurrite longum Clamet.—* vt Maro quoq;,
" *Et longùm formose vale, vale, inquit, Iola.* Et
" *— Toruumque repente Clamat. —*

Non sit qui tollere curet) Tollendi verbo sic vtitur quoque Fabius Quintilia. in.6. cap. de risu, & huic loco aptissimum prouerbium me" morans ait, Simile est illud, quod παροιμία dicitur, & prouerbia opor-

,, portunè aptata, vt de homine in aquam lapſo, & vt alleuaretur, ro-
,, ganti, Tollat te qui non nouit. Hoc, vt opinor, ipſum ſpectans Flac-
cus in .1. Epiſt. ad Sæuam. ita ſcribit,

,, *Nec ſemel irriſus triuiis attollere curat*
,, *Fracto crure planum: licet illi plurima manet*
,, *Lacryma, per ſanctum iuratus dicat Oſirim*
,, *Credite, non ludo: Crudeles tollite claudum.*
,, *Quære peregrinum vicinia tota reclamat.*

Si quis curet opem ferre, & demittere funem:
Quî ſcis, an prudens huc ſe deiecerit, atque
Seruari nolit? dicam, Siculíque poëtæ
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit: ſit ius, liceatque perire poëtis.
Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.

Si quis curet opem) Impreſſi aliqui, vt & manuſcripti nonnulli, Si curet quis opem, ſummutatis verborum ſedibus. Alij verò manuſcripti rectè quoque, Nec curet quis opem. *Quî ſcis*) In manuſcripto, Quid ſcis, vna amplius litera. Dicam) Probabo, & exemplo addicam ſimillimo, eos voluntate & de induſtria facere. cõſtat enim Empedoclem poëtam ipſum quoque videntem, ſcientem, & volentem, ſimile quiddam feciſſe auſum. *Siculíque poëtæ Narrabo interitum*) Quo de ſunt epigrammata Græcorum nonnulla. Poëtam tamen eſſe hunc negat Ariſtot. in Poëtica, qui non imitetur, etſi de rerum natura verſibus ſcripſerit. Sic enim
,, ait, ὀυδὲν δὲ κοινὸν ἐστὶν ὁμήρῳ, καὶ ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. διὸ τὸν μὲν ποιη-
,, τὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον, ἢ ποιητήν. Dionyſius Halicarn. poëtam illum numerat, verſariq; affirmat ἐν ποιήσει ἐπικῇ. Niſi & Aldi Manutij, & Roberti Stephani libri fefellerũt, ac pro ἐπικῇ illud alterum fecerunt. quod erratum illorum fuiſſe vehementer ſuſpicor. Etenim ſingula penè carminum genera percurrens Dionyſius ſcribit, ἐν μὲν ἐπικῇ
,, ποιήσει, ὅ, τε κολοφώνιος ἀντίμαχος, καὶ ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς, ἐν δὲ μελοποιΐᾳ
,, πίνδαρος, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ αἰσχύλος. *Inuitum qui ſeruat*) Simillimum illud eiuſdem in Epiſt. ad librum ſuum de aſello parere recuſante,

,, — *Vt ille*
,, *Qui male parentem in rupes protruſit aſellum*
,, *Iratus. Quis enim inuitum ſeruare laboret?*

Idem

Idem facit occidenti) Græca omnino constructio, eademq; etiam Latina. ταυτὸν enim cum dandi casu iungitur à Græcis, vt ab Euripide in iis versibus qui sunt apud Gellium in.13.cap.24.

δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος·
ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ, καὶ κατέρχομαι,
ἥκω δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.

Lucretius eodem quo Horatius modo in .3. idem cum dandi casu copulauit. Sic enim ait,

Sceptra potitus, eadem aliis sopitus quiete est.

Ipsemet Horatius sic vt Græci quoque τὸ ὅμοιον, simile cum datiuo coniungens in .1. Serm. Saty.4.

— Nunquid ego illi,
Imprudens olim faciam simile? —

Nec semel hoc fecit: nec si retractus erit, iam
Fiet homo, & ponet famosæ mortis amorem.
Nec satis apparet, cur versus factitet: vtrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus: certè furit, ac velut vrsus
Obiectos caueæ valuit si frangere clathros,
Indoctum, doctumq; fugat recitator acerbus.
Quem verò arripuit, tenet, occiditq; legendo:
Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Ita misera illa ambitione tenetur & laborat, vt deus quidam sit atq; habeatur, vt seruatus cauere nolit, ne vel iterum ac sæpius periclitetur. Credit scilicet se tum demum vatem fore atque habitū iri ab aliis simulato illo suo lapsu. *Et famosæ mortis amorem*) In manuscriptis, Formosæ. ea sententia, velle Poëtam pulcra laudem pro morte pacisci.

Nec satis apparet cur versus factitet) Ridiculè dictum: id est, cur insaniat. In manuscriptis, Versus dictitet. Versus, inquit, facit, id est, insanit qui versus isto modo facit magno suo periculo. insaniæ namq; quodam genus esse putatur, versus facere. Idem in.2. Sat.7.

Aut insanit homo, aut versus facit. —

Apparendi verbo, pro eo quod est liquere, etiam Cicero vtitur ꝓ Milone. Si hæc, inquit, non gesta audiretis sed picta videretis, tamē appare-

„ reret Vter esset insidiator. Atque idẽ aliis locis plurib. Et in Eunuch. Terẽ.

„ *Apparet seruum hunc domini esse pauperis.*

Vtrum minxerit in patrios cineres) Quamobrem error illum corripiat fanaticus. id enim facere olim religioni fuit. Persius Saty. I.

„ *Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extrà*
„ *Meiite.* —

An triste bidental) In antiquo libro, Aut triste bidental Persius quoque Satyr. 2. triste bidental dixit,

„ *Triste iaces lucis, euitandumque bidental.*

Certè furit) Non illo sanè poetico furore diuino & glorioso, quem ἐνθουσιασμὸν Græci vocant. *Recitator acerbus)* Qui quàm fuerint, & sint hodie molesti, multis locis Satyrici omnes monent, & cauent. tenẽt enim, neque dimittunt, nisi pessimè mulctatis auribus. *Clathros) Sic, vt* opinor, melius. in manuscriptis libris, & Claustros, & Clauos.

Hæc habui PRINCEPS AVGVSTISSIME, quæ ad Horatij diuinam lucubrationem hanc explicandam afferrem. Reliquæ erant commentationes aliæ quædam meæ in Aristotelis poëticam, quas, quemadmodum antè in obseruationum mearum libello memini me promittere, nunc etiam simul edidissem, si doctorum hominum illa, quæ optabam & sperabam, hac ipsa de re scripta iam nactus fuissem. Quæ tamen, si quidem tibi gratæ futuræ sunt, has olim etiam consequentur.

FINIS.

Harvard University in exchange
1/29/15

HORVM BIBLIOTHECA COMMENTARIOR.

Plato
Ariſtoteles
Xenophon
Maximus Tyrius
Iſocrates
Dionyſius Halicarnaſeus
Pauſanias
Demetrius Phalereus
Hermogenes
Philo Iudæus
Clemens Alexandrinus
Achilles Statius Alexandrinus
Theodoretus
D. Chryſoſtomus
Ammonius
Strabo
Plutarchus
Porphyrius
Lucianus
Athenæus
Stobæus
Euſtathius
Suidas
Iulius Pollux
Iſacius Tzezes.

Homerus
Heſiodus
Theognis
Simonides
Callimachus
Euripides
Nonnus

Cicero
Iulius Cæſar
Salluſtius
Liuius
Paterculus
Cornelius Tacitus
Paulus Oroſius
Quintilianus
Chirius Fortunatianus
Cornelius Celſus
A. Gellius
Lactantius Firmianus
Macrobius
Diomedes
D. Auguſtinus
Donatus
Cariſius
Probus
Terentianus
Terentius Scaurus
Terentius Afer
Priſcianus
Seruius Maurus
Porphyrio
Ianus Parraſius
Iouianus Pontanus
Budæus
P. Bembus.

Plautus
Lucretius
Virgilius
Tibullus
Perſius
Iuuenalis
Prudentius

Terentius
Catullus
Horatius
Ouidius
Statius
Martialis
Auſonius.

5884337

